LL.C
E 585c

COLLECTIO SCRIPTORVM VETERVM VPSALIENSIS

# CARMINA LATINA EPIGRAPHICA

POST EDITAM COLLECTIONEM BUECHELERIANAM

IN LUCEM PROLATA

CONLEGIT

EINAR ENGSTRÖM

520177
30 · 3 · 51

GOTOBURGI
ERANOS' FÖRLAG

LIPSIAE
OTTO HARRASSOWITZ

MCMXII

GÖTEBORG
ELANDERS BOKTRYCKERI AKTIEBOLAG
1912

Mirum in modum effloruisse philologorum in titulos metricos latinos studia, postquam eos collectos egregioque apparatu instructos publici iuris fecit Franciscus Buecheler, quis est quin uiderit. At post editum collectionis eius fasciculum alterum quintus decimus iam agitur an-

nus et in dies magis inter uiros doctos desideratur noua collectio ea scilicet comprendens carmina epigraphica, quae postea in lucem sunt prolata. Qua re adductus Buechelero illo clarissimo atque studiorum illorum principe deploranda morte erepto ad hoc opus adgredi ausus sum.

In carminibus disponendis ceteroque in apparatu Buechelerum quam maxime sum secutus. Fragmenta, quamquam in contextu non conposui separatim, indice tamen proprio conlegi.

Saepius laudantur B. = Fr. Buecheler Carmina latina epigraphica, AL. Cholodniaki = Ioh. Cholodniak Carmina sepulcralia latina epigraphica, edutio altera, Petropoli MCMIIII.

Praeceptori meo Vilelmo Lundström, quocum tam diu studiis atque familiaritate coniunctus sum, quam maximas hic ago gratias, quod mihi semper consilio et opera adfuerit. Einar Pontán amicus et sodalis, qui ante me partem titulorum conlegerat, schedas suas mihi beneuole suppeditauit, ut cum meis conferrem. Qua re praecipua ei debetur gratia. Restat, ut eximiam humanitatem, qua in bibliothecis Gotoburgensi et Upsaliensi acceptus sum et adiutus, grato animo testificer.

Scribebam Gotoburgi a. d. IV Non. Sept. a. MCMXI.

Einar Engström.

## I

. . . . . . .
descende]re et Tauriscos C[arnosque et Liburnos
ex montib]us coactos m[aritumas ad oras
diebus te]r quineis qua[ter ibei super]auit
castreis] signeis consi[lieis prorut]os Tuditanus.
ita Roma]e egit triumpu[m, aedem heic] dedit Timauo,
sacra pat]ria ei restitu[it et magist]reis tradit.
. . . . . . .

Jahreshefte des oesterr. archaeol. Instit. in Wien 1907 p. 264 sqq. ed. Premerstein. Aquileiae rep. fragmenta duo, quorum alterum edidit Mommsen CIL. V 8270. monstrante Dessau reliquias esse uersuum saturniorum uidit Buecheler, qui suppleuit Rhein. Mus. 1908 p. 321 sqq. titulum postea tractauit Reisch Jahresh. d. oest. arch. Inst. 1908 p. 276 sqq., qui hoc modo restituere uoluit:

[C. Sempronios C. f. Tuditanus imperator de manibieis]
[Iapodas . . . . . ]
[ab Aquileia ad Titium flumen stadia mille]
[ . . . . . profligauit]
[ . . domuit Histros . . . ]
ex itine]re et Tauriscos c[ontriuit et Carno]s
in montib]us coactos m . . .
diebus te]r quineis qua[ter hostes super]auit
fausteis] signeis consi[lieis Semproni]os Tuditanus
ita Roma]e egit triumpu[m, praidam heic] dedit Timauo,
sacra pat]ria ei restitu[it atque magist]reis tradit.

C. Sempronius Tuditanus consul anno a. Chr. 129 Iapodas deuinxit. cf. Liv. epit. LIX; Appian. b. c. I, 19. Illyr. 10; Fast. triumph. a. 625/129 (CIL. I [2] p. 459); Plin. N.H. III, 129.

2

quom Q(uinto) Caepione | proelio est occisus.

CIL. VI 32991 (= 3632) descr. Henzen. uia Laurentina prope Romam rep. praescriptum *C. S]ergius M. f. Vel. Mena [L. S]ergius C. f. Vel.*, subscriptum *C. Sergius C. Sergius.* est a. a. Chr. 90, cf. Appian. b. c. I, 44; Liu. ep. LXXIII. Zander Versus ital. ant. p. 68.

3

Loco peregre[no] |deu(m) debes rogar[e,]
ut possis salbus sa|nus at tuos reuerti.

CIL. VI 31066 ex editis. Lugduni in museo ara marmorea, quam ex Italia olim adtulit de Witt subscriptum Ἀρίφιλος. in latere sinistro genius alatus passis manibus uelum supra caput extollens, in dextro uir tunica indutus sinistra ramum dextra uuam tenens in lapide effieti sunt. senarii una syllaba abundantes, cf. n. 2 tituli n. 30.

1 *rogari[?]* lapis.

4

Augusto feliciter. aediles sic decet.

CIL. IV 427. Pompeis pictum. praescriptum *Rustium Verum a[ed]. u. a. s. p. p.* forsitan sit senarius.

5

. . R]ustium ae[d(ilem)] | rogamus, dignus est.

CIL. IV 459. Pompeis pictum metrum iambicum. uoluit forsitan, qui scripsit, senarium, cui tamen nomen proprium non fuit aptum. an supplendum initio *quem?*

6

Felicem Aufidium felicem semper deus| faciat.

CIL. IV 6815 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. senarium effingere uoluit scriptor, sed pes unus numeros excedit. corrigere si uis, tolle *Aufidium.*

7

M . . |Fau[stus]| qui uocatur| Armentarius.

CIL. IV 4379 descr. Mau. Pompeis in tabella ansata graphio scriptum. forsitan fuerit senarius.
in. *M[ur]* Mau.

8

Fructus cum Raecio Guttaq(ue) agentes gratias.

CIL. IV 3539 descr. Mau. Pompeis pictum. senarium puto uno pede abundantem. numeros si uis restituere, tolle *agentes*.

*Fructus, Raecius, Gutta* nomina propria, ut recte monent Mau CIL. IV add. p. 704, Heraeus Wochenschr. f. klass. Philol. 1910 p. 234. uide indices CIL. uol. IV et X. inepte Wick Atti della reale accad. di arch. di Napoli 1908 p. 214: »an, si *cum* cum uerbo alterius uersus iunctum fuit et *raecio* pro *regio* scriptum est, poeta mire insanus significauit regionem fructuum, h. e. fructus pendentes et guttas ex arborum foliis cadentes humo gratias agere uideri?»

9

Qui uitam spernit. facile| contemnet dei
. . . . . . . . . . . . . . .

CIL. IV 5370. Pompeis graphio scriptum. quae post *dei* sequuntur legi non possunt.

10

Romanus olim palim aurum pro ferrum dedica(t).

CIL. IV 4603 descr. Mau et Zangemeister. Pompeis graphio scriptum. *palim* numeros excedit. intellege: et olim et *πάλιν*. *pro ferrum* cf. Diehl de *m* finali epigr. p. 46 sqq.

11

Cum quidam pauper

CIL. IV 4114. Pompeis. alibi in parietibus Pompeianis reperti sunt iidem uersus manci CIL. IV 5017 (=3320) *cum qu dam paupe*, 4952 *cum quidam paup*, 4515 *cum quidam*, infra adscriptum *cum quidam paup*, 2386, 4855 *cum quidam*, 4494 *cum quedam*. similia uersuum initia uide B. 43, qui fabellarum Aesopiarum putat esse exordia.

12

Communem . . .

CIL. IV 5046 (=3328) descr. Mau et Zangemeister. Pompeis graphio scriptum. exordium carminis B. 38, quod uideas.

13

Hospes, inquit] Fortunatus, | [uinum cr]atera, quod sitis, | bibe.

Not. d. sc. 1909 p. 92 ed. Vaglieri. Ostiae in opere musiuo pauimentis. syllabae uocis q. e. *bibe* crateris effigie distinguuntur. cauponam nempe habuit Fortunatus. suppleuit Vaglieri. *inquit Fortunatus* si tollas, senarius.

14

Cacator sic ualeas, | ut tu hoc locum traseas.

CIL. VI 6641 descr. Mau. Pompeis in pariete pictum in parte superiore sinistra anguium picturae.

*hoc locum* nota generum in sermone uulgari confusio. restitui potest senarius *cacator sic ualeas, locum hunc ut transeas.*

15

Marthae hoc trichilinium est, nam in trichilinio cacat.

CIL. IV 5244 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. lege *triclinium*.

16

Amat qui scrib]et, pedic[a]t[u]r qui leg[et],
q[ui] obscult[a]t prurit,| pathicus est qui [pr]aete[ri]t.

CIL. IV 4008 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. subscriptum *scribit [p]edicato[r] Septu[m]ius.* iidem uersus B. 45, ubi tertius subsequitur.

2 cf. Stowasser Wiener Studien 1903 p. 266, qui interpretatur *pedicatur* imper., *leget* fut., *occultat.*

17

Iucundus cun(n)um lingit rusticae.

CIL. IV 4264 descr. Mau et Zangemeister. Pompeis graphio scriptum. senarius mancus, cf. titulum sequentem.

18

Sabina [fel(l)as]. no(n) belle fac(i)s.

CIL. IV 4185 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. senarius mancus.

i. Sabinam.

19

alter amat, alter amatur; ego fastidi(i).

CIL. IV 346. Pompeis pictum. praescriptum *M. Cerrinium aed(ilem)*, subscriptum alia manu, ut ait Avellino, *qui fastidit amat.*

aut *fastidi(o).*

20

Vrsi me comib

CIL. IV 4951 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. *comib* ultima littera non finita. uoluisse scriptorem *ursi me comedant* (cf. B. 45) sed, cum errore *comib* scribere coepisset, destitisse Mau monet.

21

Moleste fero. quod audiui | te mortuom.

CIL. IV 1852. Pompeis graphio scriptum. praescriptum *Pyrrhus Chio conlegae sal(utem)*, sequitur *itaq[ue] ual(e).*

cf. Plin. ep. III, 21,1.

22

Hospes, cons[iste paulum et lege uersus meos
luminibus c[ontemplans hunc tumulum, quo meum
quietum int[actum corpus nunc est conditum.
summo cru[delis semper aeque atque infimo
mors una cu[nctos manet ineuitabilis:
qua propter [te, uiator, quisquis es, precor,
hominem tẹ [mortalem esse semper cogita.

CIL. XI 4565 ex schedis. AL. Cholodniaki 1158 f. fuit Ameriae apud aedem S. Secundi. reliquias esse senariorum Bormann uidit. suppleui.

1 potest etiam suppleri *hospes, cons[iste et pariter scriptum perlege* aut *cons[iste et titulum perscriptum lege*, cf. B. 54; 1545. *cons[iste et tumulum contempla meum* Cholodniak. 2 *c[unctas litteras nostras lege* Cholodniak. 3 hasta, quae post *int* in lapide fuisse traditur, utrum obliqua (scil. ex *a*) an recta sit, non certo discerni posse Bormann notat. suppleui *intactum* uel *integrum*, quod de uirgine dictum accipio. *in t[umulo corpus nunc isto meum* Cholodniak. 4 cf. Hor. Carm. I, 4,13 sq. II,18,32 sqq. III,1,14 sq. B. 970,14; 971,15 *cru[dele fatum posuit tempore* Cholodniak. 5 cf. B. 1097,3; 995,22; 998,2; 485,5; 486, 3; 1004,3. Hor. Carm. I,28,15. Prop. II, 28,58. *cu[mulat omnes iam clades meas* Cholodniak. 6 *animum ne despondeas, precor* Cholodniak. 7 cf. B. 241; 389,4; 808; 1544,8 *te[que esse fac memineris commodum* Cholodniak.

23

Hospes resis[te et] tumulum| contempla meum.
lege et| morarus, iam scies quae| debeas.
uixi qua potui; ca|rus sum Opiorum.
hic su|m sepultus, hic ossua re|quiescum mea.
uale et| benefacito uitae, dum fa|tum uenit.

Bull. Dalm. 1908 p. 79 ed. Bulić. stele rep. Gardun-Vojnić. praescriptum *C. Iulius C. f., Fab(ia), Ninica, mil(es) leg(ionis) VII, h(ic) s(itus) e(st)*. subscriptum *Faustus l(ibertus) patrono.* titulus lectu difficillimus est. *Ninica* patria defuncti, urbs Ciliciae nomine Colonia Iulia Augusta Felix Ninica Claudiopolis. carmen simile uide B.76.

1 cf. B. 63,1; 76,1; 82,1. 2 *morarus* i. e. *moraris* pro imperatiuo positum, cf B. 77,2; 90,5; huius sylloges n. 167. de forma cf. *spatiarus* B. 960, *utarus* CIL. I 1267, *fruniscarus* IV 2953, *figarus* IV 2082. *quae debeas* fuit sine dubio etiam in titulo B. 76. 3 *carus* uelut *amicus* cum genetiuo structum; cf. etiam Löfstedt Phil. Komm. z. Peregrin. Aeth. p. 273. metrum laborat. corrige *carus Oppiis eram*. sed archetypus uersus sine dubio habuit *uixi, qua potui, carus* adiecto nomine quodam in casu datiuo posito et *patri* sim. (cf. B.76,3) uel *carus filiis meis* sim. 4 numeros restituas *hic sum sepultus, ossa hic requiescunt mea. requiescum* cf. e. g. *egerum* CIL. VIII 11306, *curarum* X 5589. 5 pes secundus proceleusmaticus.

## 24

Ressita, uia|tor, et lege | crudele(m) cas(um).

CIL. III 15195 descr. Kubitschek. AL. Cholodniaki 1220 e. stelae pars superior litteris antiquioribus et rudibus Schoenabrunn rep. nunc extat in museo Caesareo Vindobonensi. praescriptum *d. M.* subscriptum . . . *i Quartinus* (uel *Quartianus*). lege *resta*.

## 25

Resta | uiator et lege titulo nestro.

CIL. III 14406 a descr. Mowat. AL. Cholodniaki 1220 c. rep. Monastir. praescriptum *d. M. Aurelius Saza Centenarius pelece* (= *perlege? peregrinus?*) *hic iacio, [q]ui uixi annis [q]uin[q]uaginta et militaui annis XXX et sum natus in prouincia Dacia et militaui inter e[q]uites catafractarios Pictauensis suc cura Romani propositi* (= *praepositi*) *Aurelia Piactu coniux [q]ui posit titulo benemerenti caro mar[i]to [s]uo*, subscriptum *dunc le[g]es et repausas*.

numeros restituas *resta uiator et titulum nostrum lege.* ad archetypum notum refert Cholodniak *hospes resiste et titulum nostrum perlege.* i. titulo(m) nostro(m).

## 26

Tu q(ui) [p]rae[ter]|is e[t] titulos meos legueris,
[dicas]:| aue Amande! erit tibi uita longa.

CIL. VIII 20394 descr. Schmidt ex ectypo. prope Setif rep. praescriptum *uixit anos LXXXXV d. M. s. A. Titius Amandus et coniux Sabina*, subscriptum *A. Titius Victor filius s(umptu) s(uo) domu[m aeternam fecit.*.

1 uersum lectionis incertae legit Schmidt. factus est ex archetypo iambico B 133 *quisque praeteriens titulum scribtum legeris. legueris* i. e. legeris. 2 in. post *legueris* seruata est hasta unius litterae, unde *dic* Schmidt, *dicas* ego. cf. B. 133,2 restitui potest hoc modo *dicas: aue Amande! uita longa erit tibi.*

27

Tu uiator, [q]ui tr|ansis, rist(a) leg(e) tit(ulum) o|biter.
le(ge) et rep(ausa). s(it) d(is) M(anibus) t(uis)| t(erra) [l(euis)].

CIL. III 12396 misit Carolus Škorpil. AL. Cholodniaki 1220 a. Glava in coemeterio. sequitur *P. Val(erius) Tzita qui et Vitalis uet. et Florentius filius mil. et Vitalis fil. mil. Tzita pate[r] posuit Laurentzio [f]ilio suo carissim[o]*. senarios iambicos scribere uoluit, qui titulum composuit.

1 *oui* lapis. i. resta. *lec* lapis. archetypus forsitan fuerit *uiator qui transis* (siue *transiens*) *resta et titulum lege.* 2 *rep(ausa)* Cholodniak collato titulo CIL. III 14190 *leges et repausa*; cf. etiam titulum CIL. III 14406 a. *rep(one)* CIL.

28

Et si cui tit|ulu(m) legerit, di|cat pro pietate:
Rogat(ina), tera tibi le[uis] | siet.

CIL. VIII 4122 contulit Wilmanns. AL. Cholodniaki 182 a. cippus rep. Lambaesi. praescriptum *d. M. s. Valeria Rogatina Vetidius Saturninus con(iugi) piae fecit*, subscriptum *uix a. XXIII.*

1 senarium restituas *et si quis titulum legerit, dicat pius.* i. qui.

29

It]a sit t(ibi) t(erra) leuis, ut tu huic nihil laeseris.

CIL. VI 29951 descr. Bormann. AL. Cholodniaki. 1252. Romae rep. fragmentum tabulae marmoreae extat Urbini praescriptum . . *sancta pia* . . *frugalitate et simpli[citate]* *id*

*uixit cum coniuge suo, [uix]it anno XXXVII. [contu]ber. bene meritae fec.*

corrige *nil.*

30

Tu quicunque titulum nostrum legeris,
rogo ne uelis tribus sepulchris molestari.

CIL. VI 36631 e cod. Monac. 27313 f. 262. AL. Cholodniaki 1255 g. arca cum tribus loculis trans Tiberim reperta teste Schedelio. titulum ad senariorum mensuram prope accedere prioremque uersum adiecto in principio *at* uel *et* integrum esse senarium Buecheler uidit. titulum similem uide CIL. VI 13927.

2 *molestari* depon. cf. CIL. VI 13927 et 14159.

31

Quod decuit [fili]|um matri su[ae]| fecisse,
mors |tua effecit, ut [face]|ret mater filio.

CIL. VI 35638 descr. Schmidt et Muenzer. ectypum contulit Huelsen. AL. Cholodniaki 1310 b. Romae fragmentum tabulae marmoreae litteris parum bonis in aedibus Conseruatorum. praescriptae sunt litterae quaedam, quae legi non possunt. subscriptum *Iusta mater Marcia so[ror] bene mere[nti. . .* senarii male facti ad exempla saepe obuenientia, cf. B. 164—175.

1 archetypus habuit *quod decuit facere filium matri suae.* 2 metrum corrigas *effecit mors, ut faceret mater filio.*

32

Ut decet, parenti f(ilius) fecit suo.

CIL. III 14333[7] ad ectypum. AL. Cholodniaki 343 d. Postire rep. extat in museo Spalatino. sequitur *L. Statius L. f. Venetus hic situs est.*

sic recte Bulić Bull. Dalm 1897 p. 153. pes primus creticus, cf. B. 24,1. *ut decet parenti, f(ilio) fecit suo* Cholodniak, qui decurtatum putat ex arhetypo trochaico tali *quod decuit pa-*

*renti filium, filio fecit pater.* septenarium trochaicum Hirschfeld hoc modo restituere uult *ut decet parenti, f(ilio pater) fecit suo.*

33

Quis dicuit facere filium matri suae,|
mor(s) intercessit, mor(s) intercessit, mater |[f]ecit filio.

Not. d. sc. 1897 p. 405 ed. Correra. Lecce. praescriptum *Eperastus Alexsionus sru. uix(it) ann. XII.*

1 i. quod decuit. 2 *mors intercessit* errore lapicidae repetitum puto. eadem verba recurrunt B. 1093,2. uersum similem uide B. 177.

34

Qu]od decuit filiam |[f]acere, fecere parent(es).|

CIL. IX 955 recogn. Nissen. AL. Cholodniaki 528. Troiae rep. praescriptum *Pierini Gauiani seruae, uixit ann. XX IIII, infelic(i)*, subscriptum *[in]felices Anteros et . . allitana sibi et [filiae] suae.* senarius pessumdatus.

archetypus fuit *quod decuit facere filiam, fecit parens.*

35

Nos ante te, uxo]r. iustius [fuerat mori.
nec uitam ducer]e etiam post ci[neres tuos;
rerum omni]um fidem reple[uit optime
et fruct]ui meis haec fuit [negotiis,
domus] diuitiae curam [cum omnium ege]rit.

CIL. XIII 1597 descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 289 b. St. Paulien rep. fragmentum lapidis arenarii litteris bonis. aetati imperatoriae ineunti titulum adtribuit Buecheler, qui suppleuit.

36

Noli doler[e], | coiux, euen[tum meum].
properau[it aetas, hoc] dedit fato [mihi.

CIL. VI 36654 descr. Münsterberg. AL. Cholodniaki 1255 h. Vindobonae fragmentum tabulae marmoreae originis incertae. praescriptum. . *F*]*abri*[*cius*. . *quat*. . . *uix*. *an*. . . carmina similia uide B. 145 sqq.

2 *fato* abl. an nom.(=fatom)?

37

Nolite dolere parentes, hoc faciundum fuit.

CIL. VI 26203 descr. Huelsen. AL. Cholodniaki 461. rep. Romae. praescriptum *L. Senti L. l. Cocceti u. a. I m. VI.*

tollendum *hoc*. ad anapaestos prope accedit, sed archetypus fuit senarius iambicus *noli dolere mater, faciundum fuit.*

38

. . . . . . .

patro]nus fecit, q[uod debuerat illa mihi.
uita per]acta posita in [hoc tumulo iacet,
fatique i]niqui deincep[s ui ambas perdidi.

CIL. V 5313 recogn. Mommsen. AL. Cholodniaki 812. Casini. metrum iambicum apparet. supplementa quamuis incertissima adposui Cholodniaki, qui ad ultimum uersum adnotat: »mortua est fortasse liberta eademque coniunx praecedente filia».

39

Offendit me nuncquam nec ullum alium.

CIL. VIII 12881 descr. Delattre. AL. Cholodniaki 216. Chartagine rep. praescriptum *L. Magius*. . [*Lac*]*erta pius uixit ann. LII h*(*ic*) *s*(*itus*) *est. Magia Chrysis uxor uiro sancto indulgentissimo p*[*r*]*o meritis fecit, cum quo uixit; maledixit mihi numquam.* senarium uoluit qui composuit.

40

De qua dolorem hoc solum tulit.

CIL. VI 34576 descr. Borsari. AL. Cholodniaki 987o.
stele marmorea rep. pone basilicam S. Pauli. praescriptum *Attiae Q. l. Eu[pl]ae Q. Attius Hermes lib. carissimae,* sequitur *uixit annis XXVIII et Basso fil.* metrum iambicum.
ad senarium redigi potest *de qua dolorem nunquam nisi solum hunc tulit. hoc* nota generum confusio.

41

Qui neminem offen(dit), nisi quom est mortu(u)s.

CIL. XI 5325 descr. Bormann. AL. Cholodniaki 1045 l.
Hispelli rep. lapis calcarius. praescriptum *Melanthus mensum XIIII dulcis amicis carus suis.*
senarius incomptus, quem compleas *qui neminem offendit unquam, nisi quom est mortuus.* cf. B. 162.

42

Stomachum mihi nullu[m] uncquam fecit, nisi quod mo[rtua est.

CIL. X 8192 recogn. Mau. AL. Cholodniaki 813. rep. Puteolis. praescriptum *Graniai A. l. Clárae lib. frugi uixit ann. XXIII.* numeros senarii *uncquam* excedit.

43

Viator, uiator,
quod tu | es, ego fui, quod nunc sum|, et tu eris.

CIL. XI 6243 ex schedis. AL. Cholodniaki 1325 b.
fuit Fani Fortunae, praescriptum *M. Valerio M. l. Artemae architecto, Herenniae P. f. Maximae uxori Proculus l. d. s.*
2 forsitan senarius quinto pede elisionem non patiente. uel adde *-que: et tuque eris,* cf. Anlberg Eranos 1908 p. 41 sqq.

44

Qui ui|tam uixit | iucundam | et quietam | amans sui.

CIL. VIII 15969 descr. Cagnat et Schmidt. AL. Cholodniaki 660. rep Siccae. praescriptum *d. M. s. P. Clodius*

*Faustinus pius frater optimus homo infelicissimus,* subscriptum *h(ic) s(itus) e(st).*

*iucundam* numeros excedit. senarius hoc modo restitui. potest *iucundam uitam uixit et quietam amans.*

45

Et | tu, pater, qui me sa|lutas, saluus tran|sias.

CIL. VIII 9069. AL. Cholodniaki 1259. rep. Aumale. praescriptum *d. M. s. hauae Clodi Felix, rarissimae fili, q(uaesturam) r(ei) pub(licae) agens, u(ixit) a(nnis) VII* (corruptum!) *m(ensibus) II. Clo(dius) Clodianus co[l(oniae)] disp(unctor) et Te(rentia) Donata f(ecerunt) d(e)d(icaueruntque) a(nno) p(rouinciae) CCLXXXI.* i. e. anno 320.

tolle *pater.*

46

L. Atius | Rufinus exitum | fecit socre suae.

CIL. VIII 1213. AL. Cholodniaki 710. rep. Hr. bu Schater. praescriptum *dis Manibus sacrum Gargilia pia uixit annos LXXX. Rufinus exitum* eqs. senarius.

47

Concorditer] cum ui[uerent gemini duo,
in unum co]nsolueru[nt ex animo pari
. . cum] Aegil. patre[ . . . suo,
unaque etiam p]otuerunt ui[ta excedere:
gemellus] maior annos p[lus . . agens.
simul uita]m potuit conclud[ere et minor;
et corpora] quae simul con[busta sunt, loco
[hoc nunc placide quiescunt aeuo condita].

CIL VIII 8333 descr. Wilmanns. AL. Cholodniaki 656. rep. Djemîla. reliquias esse carminis iambici apparet. supplementa dedi Cholodniaki.

48

d. M.
Munatiae Pris|cae, rarae casti|tatis feminae.

CIL. IX 1893. AL. Cholodniaki 228. fuit Beneuenti. senarius uno pede abundans.

49

Pauper fuit aequo | animo, scibat moriun|dum sibi.

CIL. IX 5659 recogn. Mommsen. AL. Cholodniaki 1024. Treiae in curia. praescriptum *Q. Sertorius Q. l. Antiochus colonus,* subscriptum *ex testamento Balbus Antiochi l. Sertoria Q. l. Europa Nonia L. Asprenatis l. Helena Balbi soror, in agr. p. XVI in fro. p. XIIII.*

numeros restituas *aequo animo pauper, scibat moriundum sibi.*

50

Pater parauit solu|m, constitui me(s)|ses;
egi annos qui|nque et septuagin|ta.
supstitui natum, |qui colat semper| larem.

Revue Tunisienne 1908 p. 167 ed. Poinssot. in colonia Thuggensi rep. cippus. praescriptum *d. M. s. Q. Iulius Castus, p*(*ius*) *u*(*ixit*) *a*(*nnos*) *LXXXI,* subscriptum *h*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*). in latere dextro legitur *d. M. s. I*(*ulia*) *Nampmaina* (i. e. *Namphamina*) *p*(*ia*) *u*(*ixit*) *a*(*nnos*) *LXI. h*(*ic*) *s*(*ita*) *e*(*st*). nota numerum annorum alium in carmine alium supra esse datum.

2 aetatem indicans numeros non compleuit poeta.

51

Situs hic Alfius Felix Flauianus est,
qui partam nimia frugalitate substantiam
in diem mortis seruauit incolumem sibi.
hanc constitutus uitae in confinio
filis distribuit consulens concordiae,
satisque animo, dum ualet, fecit suo.
uernulis, quos habuit, libertate consuluit data,
filiam nurumque adfectionis aequauit gradu.
has donauit auro atque argento aequaliter,
uestemque ambabus sua adsignauit manu,

gratum se atque pium ut commendaret suis.
ad circa meritos quoque fecit plurimos;
et qui numquam infirmatus in uita est sua
annos peregit duos et octoginta.
Felix uocatus felix uixit cum suis.

Bull. archéol. du comité 1906 p. CCXXVI descr. Merlin. cippus rep. Kef. praescriptum *d. M. s.*, subscriptum *h(ic) s(itus) e(st)*. senarios pessimos effecit poeta rudis.

2 *substantiam* i. e. diuitias. 4 *constitutus* iungendum cum uerbis sequentibus. 12 *ad circa* cf. Löfstedt Beitr. p. 110 sq., Phil. Komm. z. Peregr. Aeth. p. 269. *meritos* pro *merita*. 14 cf. u. 2 carminis praecedentis.

52

Ann(um) uicensimum |exsigens| misera occidi.

CIL. VI 33473 descr. Gatti. tabula marmorea rep. uia Salaria. praescriptum *Derceto Aureliae uirginis lectrix*, in latere dextro *Sabina C. l. Helena uixit annos XVI*. elogium lectoris cuiusdam uide CIL. VI 3978.

53

Pudenter [uixit carus] | suis, haue et [uale.

CIL. VI 6609. AL. Cholodniaki 780. Romae. praescriptum *T. Sta[tilius T.] lib. Eros*, subscriptum *Hetereia P. l. C.* . suppleuit Cholodniak.

54

In hoc sepulcro | uiua nomen inscri|psi meu(m).
haec est | domus qum meis.

CIL. II 1222 ex schedis. AL. Cholodniaki 303. fuit Hispali. praescriptum *Didia T. l. Saluia mater in meo dolore*.

1 tollendum *uiua*. 2 senarium explere uoluit Cholodniak *haec est domus aeterna cum meis mihi;* metro magis apta fuerit pentapodia *mihi haec est domus aeterna cum meis*.

55

Mensa haec est aeterna domus et perpetua felicitas.
de omnibus meis hoc solum meum.

CIL. VIII 20473 (=10927) descr. Purgold. AL. Cholodniaki 892. Beni Fuda. subscriptum *Aper Fidelis in pace uixit anis LXV dep. eius X Kl. Sep. an. p(rouinciae)* CCCXXI i. e. anno 360. ante uocabulum q. e. *mensa* positus numerus *XL* quid significet, non expedio; cf. CIL. VIII 20478,4.

1 si tollas *perpetua*, senarius. 2 ad senarii mensuram redigi potest hoc modo *de omnibus meis solum hoc restat meum* primo pede hiante, aut corrige *ex omnibus*.

56

Haec | mi domus aeternalis | erit meis impendiis.

CIL. VI 18677 ex schedis. AL. Cholodniaki 874. fuit Romae. praescriptum *d. M. M. Fuluius Lamyrus hic conditus est*, subscriptum *gratias amico M. Vlpius Eutychus amicus et Fuluiae Charitati coniugi.*

senarium restituit Cholodniak *haec mi domus aeterna est meis impendiis. aeternalis* cf. Kübler Archiv f. lat. Lexikogr. VIII p. 169.

57

Constitui aeternum | [mihi me]isque terminum.

CIL. X 1336 ex schedis. AL. Cholodniaki 902. rep. prope Nolam. initio nomen deest. subscriptum *[h]. m. h. n. s. [bene sit tibi] et tibi.* suppleuit Mommsen.

58

In isto tumu|lo T[anni]a sepulta | est Syra
quae breui | ne quidem inpleto b[i]en|ni tempore
crudo | mortis in[t]eruen[t]u mari[t]a|li u[i]nculo
disiuncta es[t].| annos agens occidit | XVII m(enses) III
d(ies) XVIIII.

CIL. VIII 9670. AL. Cholodniaki 203. rep. Tenes. senarios facere noluisse, qui composuit, Cholodniak recte monet.

59

Heic] est s(e)pulta uirgo [eg]re[g]ieis moribus,
. . quae in delicieis fu[e]rat Vettiae.
qua[e domino placu]it: eam morte ob[i]ta diligunt,
mon[umentumque eius f]letu ac muneribus replent
seque ipse[i deflent, ui]tam esse ereptam sibei
s[erua]e suis delicieis uitam a[ptae deum.

CIL. VI 36525 descr. Gatti. AL. Cholodniaki 799 a. fragmenta duo reperta uia Labicana. suppleuit Buecheler Bull. com. 1901 p. 106.

2 in. nomen graecanicum uelut *Philema, Anthusa* sim. proposuit Buecheler. 3 in. cf. titulum Not. d. sc. 1902 p. 54 *Pontia Q. l. Rufa pia patrono, dum uixit, placuit.* suppleri posse etiam *qua[m dominus alu]it* Buecheler monet. *eam* per synizesin legendum. *obita(m)* depon., cf. e. gr. B. 474, 475, 476, 1190, 1265. *morte obire* cf. Diehl de *m.* finali epigr. p. 201, qui tamen unum solum exemplum ex plurimis adnotauit. 6 ad sententiam confert Buecheler Terent. Heautontim. IV, 3, 15 *deorum uitam apti sumus,* titulum CIL. VI 25580 *tam dulcem obisse feminam puto quod deorum est [uisa coetu dignior.*

60

Fato deceptus| non ab homine.

CIL. III 14644 descr. Kubitschek. AL. Cholodniaki 1286 a. urna cineraria rep. prope Kamen di Stobreč extat in museo Spalatino. praescriptum *Amabili secutori nat. Dacus pug(narum) XIII.*

uersus paene iambicus forsitan casu potius quam de industria effectus. ad senarium redegit Cholodniak suppleto uersu exeunte uocabulo *perditus,* sed nihil deesse traditur. *decipere* pro *interficere, opprimere, perdere* cf. Löfstedt Spätlat. Stud. p. 72 sqq.

## 61

. . . a reputes ianiam
. . . e quem intus iacere
. . . uncule letus esto
. . . quod minus frueris
. . . iuc . . estoui . .

CIL. XIV 4167 descr. de Rossi. AL. Cholodniaki 1336. Ostiae. christianum titulum esse putat de Rossi, paganum Cholodniak. uersus iambici fuerunt.

1 *exemplo nostro breuia omni]a* 2 *cogerunt fata iniust]e* 3 *dum uiuis ergo hom]uncule* 4 *bonis post mortem* 5 *ita quidquid est] lucr[o tibi] esto ui[tae* expleuit Cholodniak. post *iuc* hasta litterae *p* uel *r* seruata est.

## 62

. . . . e miramini,
(h)ec] [urna puluerem] qui abet . . .

CIL. III 14886 misit Bulić. AL. Cholodniaki 1286 b. urna cineraria rep. Salonis, ubi extat in museo. praescriptum . . . *c i* . . . *XXV amici* . . suppleuit Cholodniak conlato titulo CIL. VIII 7277. forsitan fuerint senarii.

1 prima littera *c* aut *t*. *ne]c* Cholodniak. 2 *ec[ce] qui abet* (= *auet*) Hirschfeld.

## 63

. . o]mnes matrem cum filio . .
. . us dolentes hac . . .
. . is uoce dederunt . . .
. . unt septima decim . . .
. . t]antaque fides fuit ac kal . .
. . um cum sua filia innoc . .
. . transiret cum quem s . .
. . subito deceptumque dil . .
. . ona quoque pia dulcissi[ma . .

. . . un]o funere duo . . .
. . . utus filius c . . .
. . . quiete iui . . .
. . . p]otens cum . . .

CIL. VI 36710 (= 30484) contulit Huelsen quod superest. AL. Cholodniaki 1357 p. fragmentum tabulae marmoreae rep. uia Labicana prope SS. Petri et Marcellini nunc extat in museo Capitolino. senariorum reliquiae esse uidentur. quomodo uersibus diuiderem quae supersunt, non mihi persuasi.

64

. . . . . . . . .
. . quoius desid[erio. . .
. . luget consu[laris filius
. . . . . .

CIL. XI 5358 descr. Bormann. AL. Cholodniaki 611 c. Hispelli lapis calcarius. uersus iambicos uel trochaicos fuisse uidentur. suppleuit Bormann.

65

Hoc est puella, quam de|licato corpori
rure morari destinas.

CIL. X 2804 descr. Mommsen. AL. Cholodniaki 810. rep. Puteolis extat in museo Neapolitano, praescriptum *d. M. Ofiliae Ampliatae uix. ann. XXII m. IIII.* u. 1 senarius, 2 dimeter iambicus. cf. Hor. Epod. 1—10.
1 archetypus habuit *puer quem.* 2 i. ruri.

66

Gelasi, uiuas et | ameris a nobis.

CIL. XIII $10024^{202}$ descr. Bohn. anulus aureus rep. Liège extat Bruxelles in museo. in area legitur *utere felix.*

67

Hospes, qui transis, ]| rogo ne m[onumentum hoc]| tangas.

Not. d. sc. 1908 p. 266 ed. Vaglieri. fragmentum tabulae marmoreae rep. uia Collatina. praescriptum *Cymati . . . Scepsi . . .* suppleui.

an fuit senarius *hospes, te rogo, ne m[onumentum] tangas, [uale?* nam post *tangas* fractura lapidis.

68

Miserrimi parentes | filiae.

CIL. IX 1730 descr. Mommsen. AL. Cholodniaki 532. Beneuenti. praescriptum *A]eliae T. f. Proculae uixit ann. XVI Aelius Inclutus et Auolcia Sp. f. Restituta.* pentapodia.

69

(H)ic est flos campi et lilium.

Bulletin de la soc. des antiquaires de France 1905 p. 286 descr. Monceaux, cui communicauit Delattre. in forma gypsea, qua nummi fundebantur, Scherschel, ut uidetur, reperta. media in forma monogramma Christi, circum quod inscriptus est titulus. saeculo quinto adtribuit Monceaux. cf. Cantic. Cant. II, 1 *ego flos campi et lilium conuallium.*

70

Opto, ualeas qui legeris.

CIL. VI 25512 ex schedis. AL. Cholodniaki 132. fuit Romae. praescriptum *C. enniae P. Rubrius Celer uxori car(issimae) pientissimae cum qua uix. an. XXXXIII mens. VIII sine querela b. m. p.*

71

Sanctissimae | et piissimae |
uiui fec(erunt) [e]t sibi.

CIL. V 1166 ex schedis. AL. Cholodniaki 681. fuit Aquileiae. praescriptum *Claudiae A*[g]*ele Pettii Hercoles maritus et Hercoles filius.*

72

Hic eius ossa sunt sita.

CIL. VI 24682 ex schedis. AL. Cholodniaki 976. fuit Romae. praescriptum *Pomponia A. Pomponi l. Tyrannis nata an. XX.*

73

Dum uixit, | pia fuit suis.

CIL. VI 24758 descr. Huelsen. AL. Cholodniaki 977. Romae in museo Vaticano. praescriptum *Pontia Ͻ. l. Tryphera.*

74

Pro | pauperie fecit sua.

CIL. VI 9980 descr. Gatti. AL. Cholodniaki 786. Romae. praescriptum *Italiae Cocceiae Phyllidis uestificae, ueixsit anneis XX, Acastus conseruos.*

75

(H)ic postus est ad martyres.

CIL. III 14188 descr. Beurlier. stele prope Nicomediam reperta. praescriptum *Φλ. Μαξιμῖνος σκουτάριος σινάτορ ἀνέστησα τὴν τῷ υἱῷ μου Ὀκτίμῳ ζήσαντι ἔτη ε´ ἡμέρας ιε´ τμηθὶς ὑπὸ ἰατροῦ ἐμαρτύρησεν. Fla. Maximinus scutarius sinator leuaui statu(am) filio meo Octemo; uicxit annos V dies XV, precisus a medico.* dimeter iambicus casu forsitan effectus.

76

Optata mater infelix |
in filiis suis fecit.

CIL. VI 23553. fuit Romae. praescriptum *diis Manib(us) sacr(um).* dimetros iambicos scazontes esse Cholodniak monet.

77

Vti felix! salus tibi donauit; uiuat qui fecit.

CIL. XIII $10018^3$ descr. Zangemeister. litteris rubris pictum in instrumento ex argilla alba facto floribus capiendis ut uidetur destinato impositis tribus uasculis, quorum unum tantum nunc extat. rep. Coloniae, nunc Bonnae in museo. inter uascula legitur punctis rubris pictum *Exsuperia donauit Iustini*. post *fecit* numerus *XXXXX* pictus est.

*uti* pro *utere* cf. CIL. XIII $10018^{218}$ sqq., $10026^{76}$. *salus* amica, cf. Plaut. Poen. I, 2,153.

78

Hoc qui scripsit, Surianus | pedicauit Maeu[iu]m.

Boletin de la real acad. de la historia 1900 t. 36 p. 8 ed. Monsalud. rep. Mérida.

79

Li[nge] Le[li l]inge L[eli] linge Leli fa[le]ula[m.

Boletin de la real acad. de la historia 1904 t. 44. p. 87 ed. Fita rep. Caldas de Malavella. adscriptum *Lici*(*nius*) *fe-c*(*it*). suppleuit Fita.

*Leli* casus uocat.

80

Hospes, salue, salus sis. quisquis est, ualle.

CIL. IV 5386 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum.

i. salu(u)s. *quisquis* prima littera *s* supra uersum adscripta. expectaueris *es*. *sis* si tollas, trimeter.

81

Ben]e meren[ti patri hanc| aram] statuit me[rens filius.
sit] tibi terra l[euis.

CIL. VIII 21356 descr. Dessau. Scherschel in museo septenario trochaico formula frequentissima *sit tibi terra leuis* adnexa est. suppleui.

1 in. cf. B. 239. *aram* cf. B. 157. i. maerens.

## 82

Quisque henc | memoriam le|xerit, sit illo | semper bene.

CIL. III 12484 descr. Mommsen ad ectypum. rep. Iglitzae nunc extat Bucaresti in museo. subscriptum *sit tibi semper b(e)ne. d(i)s M(anibus).*

septenarius fit, si corrigas *quisquis* et *ei* pro *illo.* an fuit archetypus senarius iambicus *quisque henc memoriam lexerit, illo bene. quisque* pro *quisquis* cf. B. 336, 528, 673, 674, 723, 1308, 1463, 1553, 1799.

## 83

Quae, ut uixi, nulli | dedi dolore; non|leba
esse acerbis at in|feros,| quae at superos dulcis fui.
fecit . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

CIL. XI 6078 descr. Bormann. AL. Cholodniaki 1158 k. Urbini rep. praescriptum *Regilla a(nnorum) XIIX Quartionis Fulloni uicaria.* metri quidquam inesse putans septenarios trochaicos pessimos coniunxi duos, quorum priori pes unus deest.

1 *ut* = dum. intellege *dolorem, nolebam.* 2 *acerbis* pro *acerba.* errore ortum propter vocem sequentem q. e. *dulcis* recte monet Cholodniak. *quae* hiatus in caesura. 3 utrum fuerit septenarius an nomen tantum eius qui monumentum fecit desideretur, incertum.

## 84

Post triennium decessit eadem die qua filia.

CIL. VI 5206 descr. Henzen. AL. Cholodniaki 379. Romae. praescriptum *Heliconis Narcissi Augustiani et Heliconidis filia uix(it) ann. III; Heliconis Agrippinae uestifica uix(it) ann. XXVI,* in latere sinistro *Chrysaspis Agripinae supra ueste.*

*die* per synizesin legendum.

## 85

Parum ego pro u]oluntatem praesti(ti), pro ré satis, ualé.

CIL. X 1887 descr. Mommsen. AL. Cholodniaki 758a Neapoli in museo. origo incerta. praescriptum . . .s *M. l. Phileros* . . [*aug*]*ustalis* . . [*a*]*edem uictoriaé Augustaé cum collegás* . . *dedicáuit populo et protecta* . . *idem suá pecunia aedificauit et* . . *idem crustum et mulsum populo* . . , subscriptum . . *M.l.Atticus augustal.* suppleuit Krascheninnikow. septenarius malus.

## 86

Vixi, quem ad modum uolui;| quare mortuus sum, nescio.

CIL. II 6130 ex schedis. AL. Cholodniaki 1114. fuit Tarracone. praescriptum *d. M. Sexti Perpennae Firmi.* pro dimetris duobus iambicis habet Cholodniak. sed septenarium trochaicum si putas esse, hiatu non laborat metrum.

in archetypo fuit *mortua.* metrum corrigas, si pro *quare* legas *cur.*

## 87

Ben(e) | fideliterq(ue) laborabit | et fato cessit.

CIL. IX 944. AL. Cholodniaki 224. rep. Volturarae. praescriptum *d. M. Felicissimae coi*(*ugi*) *b*(*e*)*n*(*e*) *m*(*erenti*) *cum qua ben*(*e*) *uixi an. XXX*, subscriptum *et Obiniam quem nunc comparabera mihi con qua u. an. III m. VII d f. et Augurinus Iun. qui uixit an. XVIII hoc quod* . . numeros turbat uerbum q. e. *laborabit* (= *laborauit*).

## 88

Multis annis | uiuat qui dixerit:
Arpagi |, tibi terram leuem!

CIL. XIII 2073 contulit Hirschfeld. AL. Cholodniaki 624 a. cippus litteris saeculi tertii ineuntis Lugduni in museo. praescriptum *d. M. et omemoriae aeternae M. Aureli Faustini infantis dulcissimi et incomparabili qui uixit annis VIIII m. II d. XIII qui sibi ante mrrtem rogauit quam paren'ibus suis C. Iul*(*ius*) *Maximus Filiasto et Aurelia Faustina mater unico filio desolat*(*i*) *p. c. et sub ascia dedicauerunt.*

1 ad trimetrum trochaicum redigi potest *multis annis uiuat quisquis dixerit.* 2 pentapodia trochaica. *Arpagi* num blanda appellatio? namque erat nomen defuncti *M. Aurelius Faustinus.*

89

Viuas felix m|ultis annis.

CIL. XIII 10024[92]. anulus aureus pertusus rep. Châlon. inter singula uerba et post ultimum hedera.

90

His opto | terram leuem.

CIL. III 4263 descr. Mommsen. AL. Cholodniaki 674. rep. Stein am Brückl extat Oedenburgi in gymnasio. praescriptum *L. Sempronius Catumarus an(norum) L, [L.] Sempronius Iustus an(norum) XX h(ic) s(iti) s(unt). Sempronia Catta u(iua) sibi et coniugi [et] filio posit.*

91

Vitalis haue!
sed tu, quisquis es . .

CIL. XI 5569. Assisi. subscriptum . . *rs filio pientissimo.*

2 fuit sine dubio dimeter trochaicus *sed tu, quisquis es, uale,* cf. CIL. XI 6545. CIL. V 8699 *et tu, quisquis es, uale.*

92

Pro termi|no doloris |
arulam dede|re sacris.

Bull. archéol. du comité 1897 p. 384 ed. Gauckler. cippus rep. Henchir-el-Oust. praescriptum. . . *se* . . . . . . . . . *trio u* . . *parentes,* sequitur *anis XIII uixit.* initio uersus prioris si addas *hanc,* dimetri trochaici.

93

Tu, qui legis, haue et uale.

CIL. X 2723 ex schedis. AL. Cholodniaki 1270. rep. Puteolis. praescriptum *d. M. Matutinae Lacaenae feminae sanctissimae.* cf. Zander Versus ital. ant. p. 82.

94

. . . . . . . .

Tu nimbos uentosq(ue) cies tibi Iuno sono[ros.
perfacilest agitare metus, nam fratre c[adente
intonas nubigenam terris largita mado[rem.
forsitan et superis ammossent saecula [letum,
ni tu per teneras discrimen poneres au[ras.
quin etiam coeli moles uix firma man[eret,
haec eadem regina deum ni cuncta pr[ofundo
aere consurgens fulcires sidera, Iuno.
incomprensa oculis pr[a]esens non cern[eris usquam,
alternos curans anima redeunte mea[tus.
et sentire iubes, quod cernere posse nega[sti.
nesciris tam nota tuis: sic peruia Phoeb[o,
sic pluuiis coelum prohibes concurrere t[errae,
cum lucis non claudas iter, nec noscer[e fas sit.
cur eadem uirtus pariter contraria s[umas?
s[alue, ue]ra deum rectrix, Saturnia pro[les

. . . . . . . . .

CIL. VIII 4635. tractauit Rouquette Recueil des notices de la soc. archéol. de Constantine 1904 p. 74 sqq. rep. Sidi-Yousef. primus uersus euanuit. saeculo tertio adtribuit Buecheler. »sane memorabile est maxime eo nomine, quod Iuno quae dicitur hic ita pro aere est, ut numine plane expulso materia sola supersit« Wilmanns. cf. Tertull. apolog. 23 *ista ipsa uirgo caelestis pluuiarum pollicitatrix.* suppleuerunt Maury et Buecheler.

5 ex. *letum* suppleuit Buecheler, *diui* Maury. 10 ex. *ullis* Buech. 11 »dicitur aer quam spiramus pulmonibus« Buech. 14 *t[otum* Maury. 15 *nosceri*. . lapis.

*est* Buech. 16 s[*oli* Maury, s[*eruet* Studemund. interpretatur Buecheler: cur tu, quae uirtus es una eademque, labores sibi contrarios tibi iniungas: uelut solem aer simul committit terrae et prohibet. 17 cf. Verg. Aen. VIII, 301.

95

Celestis sanctissima, propitia(m) te (h)a[b]eamus.

Comptes rendus de l'acad. des inscriptions 1903 p. 344 ed. Clermont-Ganneau. rep. El-Mergeb.

96

Intus aque dulces biboque sedilia saxa
nimfarum. que Florenti fundata labore
s(unt). de donis dei.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1899 p. CLXIX descr. Gauckler. rep. Ain - Medoudja in nympheo. ante uersum primum crux insculpta est. Neptuno consecratum esse nympheum apparet ex titulo ibidem reperto *deo Neptuno Aug. sac[rum.* saeculo sexto adtribuit Gauckler. uu. 1,2 hexametri.

1, 2 in. Verg. Aen. I,167 sq. *saxa* pro *saxo* errore lapicidae propter exitum uocis praecedentis exortum puto. 2 i. quae. *fundata labore* cf. n. 106,2.

97

. . . . . .
. . . co]ntendere c[ursu
. . . agitator ha[benas
. . . nini

Borsari Not. d. sc. 1895 p. 424. Ephem. epigr. IX p. 396 n. 652. fragmentum tabulae marmoreae rep. fossionibus Nemorensibus a. 1895.

98

Hortaris in uitam | miscens aduersa sicu[dis.|
Clodius Hermogena | proconsulatu salu|bri

Theodoti cura lega|ti dedicat arcem.|
hos ego Ianuarius | uersus formare cu|raui.

Bu letin de la soc. des antiquaires de France 1901 p. 209 ed. Cagnat. rep. Khamissa. in lapide uestigia uidentur tituli prioris *fel]ici[t]a[t]i Augusti d(ecreto) d(ecurionum) p(ecunia) p(ublica).* nomen proconsulis fuisse Clodium Hermogenianum apparet ex titulo ibidem postea reperto, quem edidit Cagnat Bull. des antiqu. de France 1903 p. 249 sq. *pro beatudin[e] temporum signum Traiani de ruinis ablatum proconsulatu Clodi Hermogeniani amplissimi et c(larissimi) u(iri) Atilius Theodo[tus] u(ir) c(larissimus) legatus ei[us] in forum nouum transferre curauit.* utrum idem sit ac Clodius Hermogenianus Olybrius (CIL. VIII 16505), qui proconsul Africae fuit a. 361—362, an Clodius Hermogenianus Caesarius, qui a. 375 praefectus urbi fuit paucis post annis quam proconsul fuit Africae, incertum (cf. Pallu de Lessert Fastes des provinces africaines t. II p. 63; 141). illum putat Cagnat propter titulum CIL. VIII 16505 *frontes duas a solo const[ruendas curauit quae] infinitis ruderibus obplet[ae erant.* apparet enim Clodium Hermogenianum illum, qui memoratur titulis duobus Khamissa repertis, aedificia aetate prolapsa restituenda et noua facienda curauisse. hexametri mali sunt.
1 in. corrige *in uitam hortaris.* i. secundis.

## 99

. . . que piamine saeptus
. . . Cereris quoque mystes
. . . t]um quinque decenuir
. . . u]la conptus
. . . libus undis
. . . n uernatus odore
. . . perabilis aethrae.

CIL. VI 32433 descr. Schmidt. Romae fragmentum tabulae magnae marmoreae litteris parum bonis saeculi quinti.
ad Vettium Agorium Praetextatum refert Lanciani. cf. CIL. VI 1777, 1778, 1779.
1 lectio incerta. dedi quae proposuit Lanciani Bull. arch. mun. 1876 p. 110. 3 in. *t* et 4 in. *u* dedit Lanciani, nunc perierunt.

## 100

Praesidium aeternae firmat prudentia pacis,
rem [q]uo[q]ue Romanam fida tutat undi[q]ue dextra
amni praepositum [f]irmans munimine montem,
e cuius nomen uocitauit nomine Petram.
deni[q]ue finitimae gentes deponere bella
in tua concurrunt copientes [f]oedera, Sammac,
u[t] uirtus comitata fidem concordet in omni
munere Romuleis semper sociata triumfis.

Recueil des notices de la soc. archéol. du Constantine 1900 p. 286 sqq., Comptes rendus de l' acad. des inscriptions 1901 p. 170 sqq. descr. Gsell. rep. Mlakou prope Ighzer - Amokran. acrostichide et telestichide legitur *praedium Sammacis*. Sammac sine dubio idem ac Salmaces Firmi frater, quem memorat Amm. Marcell. XXIX, 5, 12 sq. saeculi igitur quarti titulus est, quem ante rebellionem componendum curauisse Sammacem apparet. hexametri paululum pessumdati.
1 *prudentia* ablat. ultima correpta. 2 *quoque*, *o* ubique pro *q* traditur. 3 *iirmans* traditur. 4 ex. cf. *fundus Petrensis* Amm. Marc. l. c. 6 i. e. cupientes. *ioedera* trad. 7 *ui* trad.

## 101

Hic ubi congestis mons [caeco Marte ruinis
mersaque ruderibus tel[lus inarata rigebat,
splendida tecta nimis p[ortis ac moenibus alta
surrexere cito pulchr[o circumdata uallo.
hoc opus egregium lucen[tum numine diuum
tempore curarum r[efractis hostibus egit
aeternam adquiri [laudem sibi Vallius optans.

Boletin de la real acad. de la historia 1905 t. 46 p. 424 ed. Fita. rep. Malacae. supplementa quamuis incerta dedi editoris, qui titulum refert ad C. Valium Maximianum, quem procuratorem M. Aurelio et L. Vero imperatoribus Baeticam contra Maritanos defendisse constat.

102

Post fla]mmas cinere[squ]e suos noua surgere Foenix
scit: nu]nc ut pulcra r[e]nouetur fabrica mole
tu, Quinti]ne, facis, cui la[u]dem nobile corpus
ac uir]es peperere suae quibus omnia polles,
regia] Romuleo genitum quem stem(m)ate pa[tru]m
praefectu]m Mauris claro [p]ermisit honore.
. . turis thermis . . [h]onos iste resurget.
que]m gaudet sibimet [ciuitas n]utrisse Satafis.

titulus Satafi inter rudera thermarum rep., cuius partem edidit Dessau CIL. VIII 20263, tractauit Buecheler n. 1802, qui supplere conatus est. in syllogen meam recepi propter nouum fragmentum ibidem nuper repertum, quod edidit Vel Receuil des notices de la soc. arch. de Constantine 1908 p. 208. quo fragmento paene toti restituuntur uersus 6—8 exeuntes. subscriptum (*anno*) *pr*(*ouinciae*) *CCCXX . . II*.

5 *stem*(*m*)*ate* casus nom. 6 *honore* iam Buecheler coniecit 8 *ciuitas n* expleui.

103

Splendent tecta Bassiani fundi cognomine Baiae
inuentae lucisq(ue) magis candore relucen[t.
disposuit facere . dicati ni . . .
oppositos me . . . . . . .
nomine Sidon[ius . . . . . .
iure sup . . . . . . .

Bull. de la soc. des antiquaires de France 1902 p. 286 descr. Gauckler. Revue archéol. 1906 t. 7 p. 465 descr. Monceaux. opus musiuum rep. Ferryville extat Bardo in museo. litterae saeculi sexti exeuntis. memorantur thermae quaedam splendidissimae quas ueri simile est faciendas curauisse Sidonium illum u. 5, cuius nomen acrostichide legitur.

2 *inuentae* pro *inuento*, ad nomen proprium relatum. *cognomen inuenire* cf. Cic. de offic. III, 31, 112.

104

. . pud . curi[s] . .
sta[gna] . amu[s] . . .

Her[cule]o siq . . . [cuncta
sunt d[ign]a uict[ore deo uirtute peracta.
excipimur ther[mis: pelluntur corpore sordes;
nec satis e[st sordes, datur his et peller]e fat[a.

Le Musée Belge 1909 p. 313 sqq. descr. Waltzing. fragmenta quattuor rep. Arlon inter rudera thermarum, ut uidentur, priuatarum. saeculo tertio exeunti adtribuit Waltzing. suppleuit Buecheler.

2 *uiuamus* uel *fruamur* proposuit Buecheler.

105

Ba[l]neus Agrippae u . . eat . . li . tso . u . .
. . . . . . . . no . tag . . . . . . . .
q[u]oi cup . . rati auc . . . lenus au . . . is
plura scrip . . . . . . . . ssem . . . .
ro . . . capr . . . . . . uos . . .
. . . . iunius . u . . . . . . . .

CIL. IV 3878 descr. Mau et Zangemeister. Pompeis colore nigro scriptum. lectio ubique incerta. u. 1 *u* uel *n*, *li* uel *ci*. 3 *cup* uel *gup*, *auc* uel *aug*. 5 *capr* uel *catr*.

106

. . . nti ciues et peregre[ni . .
. . . p]io fundata labore.

Bull. de la soc. des antiqu. de France 1909 p. 214 descr. Monceaux. rep. Henchir Bou-Said. memoratur monumentum a ciuibus et peregrinis conditum.

1 nonne prosa oratione compositus?

107

Arma] repone domi; nemo nunc uota reu[o]luat.

Recueil des notices de la soc. archéol. de Constantine 1890 p. 235 descr. Monceaux. rep. in ciuitate Thusuritana. litterae saeculi sexti. apparet titulum factum esse ad pacem bello quodam perfecto celebrandam.

108

Tu, qui ducis mul[ta] | [laudi]bus inuideas, |
fuge (e)t non lege. |
liuide, nemo tibi | ista libenter o[b]it.

Recueil des notices de la soc. archéol. de Constantine 1908 p. 220 ed. Monceaux. Henchir Zoura rep. in latere sinistro legitur *in deo semper | uictoriam inibant.* inter duos titulos monogramma Christi grande. compositus esse uidetur titulus in honorem imperatoris cuiusdam, qui uictoriam reportauit. propter formam monogrammatis saeculo sexto adtribuit Monceaux. uu. 1, 3 pentametri sunt.

1 corrige *tu, qui multa ducis.* 2 lectio incerta. *lege(s)* Monceaux. 3 sententia esse uidetur quam proposuit Monceaux: inuidis res gestas ducis uictoris narrare nemo uult.

109

. . . s]uo sump[t]u . . .
. . . ci]rcumdat . . . . .
. . . sim fal(l)ente r . . . .
. . m pauci penetralia condere . . .
. . q]uae coeunt [la]tere ex utroque decente[s
. . p]raescrips . . metis finis orsa dedisse
. ta]men. memo[ran]de mihi. cantabere sem[per
. . te . [u]alebis atque o . .
. . . . . . ne prou . . .
. . . . . . . a corona

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1900 p. 141 ed. Chardon. Rusguniis in opere musiuo basilicae. litterae saeculi quarti. agitur de quodam, qui suo sumptu basilicam ornauit.

110

. . u
. . . mus
. . . iniquis
. . . emfili
. . . ue secutus

. . . . . .
. . . . iii
. . . . u
. . . . ien
. . . . .
. . . ae est
. . mpi . . sunt sanc|ta lauac[ra.

CIL. VIII 20910 descr. Gsell. rep. Tipasae in pauimento baptisterii. hexametrorum reliquiae.

III

Ipsius tempo|rib(us) adhuc meliora uideuis.

Ephem. epigr. IX p. 411 n. 691. cf. CIL. XIV ad n. 2561, cuius tituli antiquioris in parte lapidis auersa supersunt reliquiae. fuit Grottaferratae in pauimento ueteris aediculae. praescriptum *salbo Fortunato episc(opo) semper cresc[ente] in uia dīuina,* infra monogramma christianum et *hic pro uoto Sarabo-[nu]s presb(yter) fecit . . . . t . . . ui . .* paene integrum titulum descripserunt saec. XVI exeunte Winghe, saec. XVII Nicolaus Alemanni. particulas quasdam descr. de Rossi Bull. arch. crist. ser. II, 3, 1872, p. 112, qui saeculo V uel VI titulum adtribuit. episcopum Tusculanum fuisse Fortunatum putat de Rossi.

cf. titulum sequentem.

112

C]ur, homo, miraris? d(e)o iubante meliora uideuis.

CIL. VIII 2220 (= 17614; add. p. 948). Monceaux Revue archéol. 1906 t. 8 p. 128. rep. Aïn Ghorab. praescriptum *h(i)c d(omin)i nos[tri] Chr(ist)i hic auitatio sps sci P[aracleti] h(ic) memoria beati martiris dei consulti [e]me[riti] h(ic) exaudietur omnis q(ui) inuocat nomen d(omi)ni di omnipot[entis.* hexametrum uoluit qui composuit.

1. iuuante uideuis.

## 113

Hic famulos domini nou[a nunc bene templa reseruant,
qui dulces animas solue[runt corpore iunctim,
ut pariter possent uiu[orum scandere sedes.
Felicem tegit hic tum[ulus qui maior in aula
occurrit gradib(us) sanc[tumque recondit Adauctum.
saluo Siricio papa r[enouata dicauit
martyrib(us) Felix p[ro munere uota rependens.

Not. d. sc. 1905 p. 103 ed. Marucchi. in catacumbis Comodillae prope sepulcrum martyrorum Felicis et Adaucti. memorari hoc titulo restaurationem sepulcrorum sanctorum a Felice quodam factam Siricio pontifice (a. 385-398) recte obseruauit Marucchi, qui suppleuit.

## 114

. . . ca . . . .
. . . . . . . .
tuq(ue)] m[anum miseris cunctis nunc porrige, martyr.
absen[tes simul ac stantes in limine sanct]o
ut salu[os reddas, Damasus tibi uota repen]do.

Bull. com. 1905 p. 300 sqq. descr. Marucchi. rep. uia Flaminia prope sepulcrum S. Valentini martyris. suppleuit Marucchi.

2 aut *tuque meis uotis faueas precor inclite martyr* Marucchi. 3 ex. Ihm Damasi epigr. 46 *uersibus hic Damasus supplex tibi uota rependo* confert Marucchi.

## 115

Pax intran[ti istam] ian[uam, pax et reme]anti.
hic domin]o nostro placens Sabina beato
Lauren]tio martiri uotum reddidit.

CIL. VIII 9271. rep. Sidi-Ferruch in pauimento operis musiui. sequitur *completo [aedific]io die XIIII Kal. Iul. hic est Ianuari [fil]ii eius memoria qui uixit ann. XLVII m. V [quies]cit in pace VI ann. prouinc. CCCCX . . . so lucis . . ostulauit. . .*

uu. 1—2 hexametri.

116

La[bor]ibus ex | ult[imis] nomen | non [supere]st umquam. |
hic lab[or] est coep|tis, sed finis cunc|ta decorat.

Gavault Étude sur les ruines romaines de Tigzirt, Paris 1897, p. 46. rep. Tigzirt in opere musiuo basilicae. hexametros uoluit qui composuit. suppleuit Monceaux Revue archéol. 1906 t. 8. p. 134.

117

Non opus est c[oep]|tis, cum fa[uste]| cuncta prou[eniunt
co[n]pleuitqu[e] | nem(o) dignum, | ni qu(i)euit, honorem.

Gavault Étude sur les ruines romaines de Tigzirt, Paris 1897, p. 47. Tigzirt in opere musiuo basilicae. suppleuit Monceaux Revue archéol. 1906 t. 8 p. 135. de sententia cf. titulum praecedentem.

118

Hoc op[us] . . . . ederet ho[norem
paus . . . tis iunct(a) labo[ri
arcum . . [gau]dete . . . .
. . n . . . [di]acon[us . . .
cl . . mec . . ta[li gl]oriare [labore.

Gavault Étude sur les ruines romaines de Tigzirt, Paris 1897, p. 49. Tigzirt in opere musiuo basilicae. suppleuit Monceaux Revue archéol. 1906 t. 8 p. 135. memoratur opus musiuum, quod faciendum curauit diaconus quidam.

119

Inceptum, nati, posthac conp]lete labo[rem,
munus ubique pium cunctos laud]etur in an[nos.
talia donantem manet illic gl]oria dign[a.
quaerite corde pio caelum pau]cisque tesel[lis
. . . . . . . . . .

Gavault Étude sur les ruines romaines de Tigzirt, Paris 1897, p. 55. rep. Tigzirt in opere musiuo basilicae. suppleuit Monceaux Revue archéol. 1906 t. 8 p. 138.

4 ex. memoratur opus musiuum, quod faciendum curauit qui titulum inscripsit.

120

Haec . . . . . . .
quae clar . . . . . .
au . . . . . . .

Gavault Étude sur les ruines romaines de Tigzirt, Paris 1897, p. 54. Tigzirt in opere musiuo basilicae.

121

Cerni[s . . . . . . . .

Gavault Étude sur les ruines romaines de Tigzirt, Paris 1897, p. 55. Tigzirt in opere musiuo basilicae. initium carminis dactylici.

122

. . . . . . . ur
. . [liben]s animo . . ant
. . los merit . . et
. . d]euot(u)s . . o
. . . e u . . ula

CIL. VIII 20727. Gavault Études sur les ruines romaines de Tigzirt, Paris 1897, p. 54. cf. Monceaux Revue archéol. 1906 t. 8 p. 137 n. 208. Tigzirt in opere musiuo basilicae.

123

Sanctu[s Al]exand[er . . .

CIL. VIII 20904. Tipasae in opere tesselato basilicae. titulum cuius exordium tantum uersus tertii superest, carmen dactylicum fuisse putat Monceaux Revue archéol. 1906 t. 8 p. 299 n. 216. cf. B. 1808; 1837.

124

Clausula iustitiae est | martyrium uotis optare. |
habes et aliam similem ae|lemosinam uiribus facere.

CIL. VIII 20906 descr. Duchesne. de Rossi Bull. crist. ser.V a, 4, 1894, p. 94. rep. Tipasae in pauimento basilicae ubi carmen B. 1837, quod conferas. u. 1 hexameter malus. u. 2. utrum sit prosa oratione compositus an hexametrum effingere se scriptor crediderit, dubito.

1 *clausula* i. e. perfectio absolutioque: summa iustitia est martyrium optare. 2 *aliam* scil. clausulam iustitiae. coniungendum *similem uiribus*, i. e. elemosinam pro uiribus dare.

125

A. Vettium Caprasium Felicem aed(ilem), Balbe, rogamus.

CIL. IV 935 i descr. Nissen. Pompeis pictum. initio nomina propria numeros turbauerunt hexametri.

126

Leander al luco cere uno it: esse barosa!

Mémoires de la soc. archéol. des antiquaires de France 1902 p. 179 sq. descr. Gauckler. fragmentum lapidis calcarii prope Zaghouan rep. extat Bardo in museo. supra titulum in lapide effictus est Leander Hellespontum nando traiiciens ad turrim uersus, ex qua Hero facem manu tenens cursum amantis regit. hexametrum esse tolerabilem si legas *Leander* ultima syllaba elisa, prima producta, *barosa* prima correpta uidit Gauckler.

*alluco* substantiuum de uerbo q. e. *alluceo* fictum = facem Gauckler censuit. sed dubium non est, quin sit legendum *al luco cere uno* i. e. ad lucem cerae unam. *barosus* stultus gloss. *barosa* neutr. plur. quantam stultitiam! exclamat qui titulum composuit.

127

Haec fuerat quaesita dies innoxia famae
i . dicio sem[per . . .

CIL. IV 6761 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. fuerunt duo hexametri uel distichon. infra alius subscripsit *pauca.*

2 *indicio* uel *iudicio.* alia manu hunc uersum scriptum esse notat Mau. estne sumptum e poeta quodam?

128

Et gelidae cursu | minuerunt quaerere silua(m).

CIL. IV 6768 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. in fine uersus dedi quae exhibet Sogliano Not. d. sc. 1905 p. 135. *minu na*(?) *non quatiunt solum* Mau. ad *minuere* = *desinere* cum infinitiuo iunctum contulit Sogliano Lucret. II, 1029 *minuant mirarier,* quo loco Lachmann coniecit *mittant. miserunt* legi posse credit Wick Atti della reale accad. di arch. di Napoli 1908 p. 213. forsitan sumptus sit hic uersus e poeta quodam.

129

Escipe que ferimus! felicia munera Libe(r).

CIL. XIII 10018[82] descr. Bohn. Coloniae rep. ampulla ex terra sigillata quae dicitur facta. collo protome mulieris affixa est. post *Libe* hasta pro signo interpunctionis posita. sequitur *utere felix.*

sic recte Mommsen. *Libe*(*r*) scil. *praebet. escipe, que ferimus, felicia munera Libe*(*ri*) metro laborante proposuit Bohn comparans Hor. Carm. IV, 15,26. confert idem Mart. XIII, 9; XIV, 89. i. excipe quae.

130

Vincit amu

CIL. IV 3681 descr. Mau. Pompeis colore albo scriptum. i. e. *uincit amor,* fragmentum hexametri, forsitan ex Verg. ecl. X, 69 sumptum.

131

Sit tibi felic . . .

CIL.IV 3579 descr. Mau. Pompeis. suprascriptum *Valeri.*

132

Phoebe beni . . .

CIL. IV 5125 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. in fine tectorium deficit. exordium hexametri.

*beni* = *ueni* Mau, sed potest etiam fuisse *benigne* . . .

133

Scribere qu

CIL. IV 7060 descr. Mau. Pompeis. exordium hexametri.

134

Quid mihi cum . . .

CIL. IV 4826 descr. Mau. Pompeis in pariete graphio scriptum. hexameter non ad finem perductus.

135

(En) f]ormonsa domus domino ueneranda futura.

CIL. IV 6885 descr. Mau. rep. in uilla rustica regionis q. d. Cività Giuliana nunc extat Pompeis. subscripta sunt uerba quaedam, quae non expediuit Mau. hexametrum principio mutilum suppleuit Mau.

136

Si | presus pueris, poena patiare necese | est.

CIL. IV 7038 descr. Mau. Pompeis pictum. praecedit *stercorari ad murum progredere*, sequitur *caue*.

i. prensus fueris poenam.

137

Hoc uide uide | et uide, ut pos|sis plura ui|dere.

CIL. VIII 11683 descr. Schmidt. rep. Thalae. supra titulum planta quaedam, infra phallus. ad oculi maligni fas-

cinum arcendum tabulam destinatam fuisse recte monet Schmidt. titulus similis rep. Ouled l'Agha (Comptes rendus de l'acad. des inscr. 1904 p. 697) *bide diote bide possas plurima bide.* clausula hexametri. restituendum *inuide, hoc uideas ut possis plura uidere* proposuit Huelsen Röm. Mitt. 1904 p. 152.

138

Inuidi qui|i ciuis hoc ca|cafit anus, eris (fututus).

CIL. III 14599[1] descr. Premerstein et Vulić. in tegula graphio scriptum litteris saeculi secundi. Kostolatz rep. extat Požarevatz in gymnasio. post *eris* phallus dextrorsum uersus. propter ordinem primorum uerborum hexametrum puto uoluisse, qui scripsit, sed ut homo incultus pessimos aut nullos fecit numeros.

i. huc cacabit. pro phallo *fututus* recte substituerunt editores.

139

Vror amore tuo.

CIL. XIII 10027[167] descr. Zangemeister. in fibula Naix rep. initium hexametri uel hemistichium pentametri. idem uersus legitur in fibula, quae extat Francoforti in museo, CIL. XIII 10027[168] . . . *amore tuo,* et in fibula Genauae reperta CIL. XII 5698[18]

140

Sic cotini uoto pos(t) fata nouissima

CIL. IV 6820 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. hexameter mancus. *cotini* estne nomen proprium?

141

Hysocryse puer natalis uerpa te salutat.

CIL. IV 1655 descr. Zangemeister. Pompeis graphio scriptum.

i. Isochryse. tolle *te*.

142

Tu qui die digitos contrudis m n

CIL. IV 5174 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. hexametrum componere noluisse uidetur qui scripsit.

*die* littera media incerta. si recte legit Mau, necesse est idem esse ac *interdiu*. *tu qui dedicatas* ceteris ommissis de Petra. an fuit *tu qui delicatos*? *m n* uerba significationis obscaenae an pretium? cf. CIL. IV 2310 b.

143

Hectice pupe, uale mercator tibi dicit.

CIL. IV 4485 descr. Mau et Zangemeister. Pompeis graphio scriptum. si *nunc* uel *iam* post *uale* addas, hexameter.

*tute* Sogliano, Viola legerunt. *mercator*, an sit nomen proprium?

144

Messius hic nihil futuit.

CIL. IV 5187 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. metrum paene dactylicum, cui repugnat *nihil*. dubium tamen non est, quin uersum se facere crediderit, qui scripsit.

145

Bellicus hic futuit quendam.

CIL. IV 2247 descr. Zangemeister. Pompeis graphio scriptum. quae infra leguntur. . *ulentissimo rut* alia manu scripta putat Zangemeister. est initium hexametri.

i. quandam, cf. n. 208.

146

Hic ego bis futui.

CIL. IV 4029. Pompeis. subscriptum *Formaecii* uel *Formaece*. exordium hexametri, cf. B. 955. cf. CIL. IV 4260 *hic futui*.

## 147

Musicus qu[o]d bibere optat lig. . .

CIL. IV 4062 descr. Mau. Pompeis in tectorio nigro. fortasse superest ex hexametro.

## 148

Balnea uina Venus faciunt properantia fata.

CIL. III 12274 c descr. Papadopulos Kerameus. Smyrnae in museo scholae euangelicae cochlear, quod prope Gallipolim repertum esse dicitur.

cf. B. 1499 *balnea uina Venus corrumpunt corpora nostra,* | *set uitam faciunt b(alnea) u(ina) V(enus).*

## 149

Quis amat ualeat

CIL. IV 6782 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. i. quisquis, cf. B. 945, 946.

## 150

Quisquis amat pereat

CIL. IV 4659 descr. Sogliano. in muro Pompeiano.

post *pereat* uestigia litterarum *ilia* legere sibi uisus est Sogliano. scripsitne poeta *ualeat qui nescit amare* conuertens uerba carminis Pompeiani B. 945, 946? idem uersus initium CIL. IV 4663 *quisquis amat perea,* 5186 *quisquis amat per.*

## 151

Unctor, Xanthe, ti[bi] carus lusuque iocoso
adsuetus.

CIL. IV 6890 descr. Mau. graphio scriptum Boscotrecase rep. nunc extat Pompeis.

## 152

Hic ego nunc iaceo Grattius | infelix sub tegmine terrae, |
barba deposita peragens | tertium et uicensimum annum, |
infelix indigne subiectus | acerbe morte nefanda, |
occisus calce et manibus extra | fatum protrusus in has tenebras. |
hoc opto, moriare malis ex|emplis cruciatus et ipse |
nec te nunc liceat, quo me | priuasti, lumen uidere |
et tu des poenas quas meruist[i]| defensus inique.
uos nunc cons . . . . . . . . . . . . . .

Not. d. sc. 1900 p. 578 ed. Gatti. tabula marmorea uia Salaria reperta, praescriptum *P. Grattius Sp. f. col. celer.* hexametri paulum pessumdati. numeros excedunt *Grattius* u. 1, *tertium et* u. 2, *indigne* u. 3, *exemplis* u. 5. elogium puto esse pugilis cuiusdam ab aduersario occisi.

2 *barba deposita* i. e. postquam peruenit ad puberem aetatem, qua barbam radere coepit, diende uiginti tres uixit annos. 5 metrum restituas *hoc opto, moriare malis cruciatibus ipse.* 8 post *cons* uestigium litterae *c* uel *o*. fuitne *uos nunc consocii lacrimis celebrate sepulcrum?*

## 153

Iulia Sidonia Felix | de nomine tantum,
cui, nefas, ante diem | ruperunt stemina Par|cae,
quam procus, heu, | nuptiis hymeneos con|tigit ignes.
ingemuere | omnes Dryades, doluere puellae, |
et Lucina facis demerso lumi|ne fleuit,
uirgo quod et so|lum pignus fueratque paren|tum.
Memphidos haec fu|erat diuae sistratae sacer|dos,
hic tumulata silet | aeterno munere somni.

Recueil de la soc. arch. de Constantine 1904 p. 190 ed. Vars. AL. Plessis 67. stele calcaria litteris saeculi secundi rep. Constantinae. praescriptum *d. M. memoriae, subscriptum u(ixit) a(nnis) XVIIII m(ensibus) IIII d(iebus) XIIII h(ic) s(ita) e(st).*

1 *Sidonia* ultima producta. 2 *nefas* ultima correpta. ex. cf. B. 1549,17. 1206,2. *stemina* pro *stamina* ex uocabulo graeco q. e. *στήμων*, forma *τῆς κοινῆς*. 3 *quam* coniun-

gendum cum uocabulis uersus prioris *ante diem* = Parcae ruperunt stamina antequam; confusae sunt duae structurae: *ante diem* = *praemature* et *ante diem quam* = *pridie quam.* corrigendum *quom* = *cum* proposuit Vars, sed non opus est. *nuptiis* cas. ablat. = die nuptiarum. i.' hymenaeos, quod alias substantiuum usurpatur: an intellegendum *hymenēos* scriptum pro *hymenēīos,* cf. Marc. Cap. VII in., II, 34. *ignes* taedas.

4 *ingemuere omnes, Dryades doluere puellae* coniunxit Plessis; equidem malim *puellas* amicas defunctae significare iungens, ut dedi supra, quamuis saepe iungantur uerba *Dryades puellae,* cf. Prop. I, 20, 45. Verg. Ecl. V, 59; Georg. I, 11. 5 *demerso* euerso, extincto. 6 Lucina leuit, quod uirgo et solum pignus parentum fuit. *fueratque* cf. Ahlberg Eranos 1908 p. 41 sqq. *fuerat* pro *fuit* metri causa. corrigendum proposuit Cagnat *uirgo quod et solum pignus fuit illa parentum.*

7 *Memphidos diuae* Isidis. *sistratae* cf. Mart. XII, 29, 19. pro *sistratae,* quod numeros turbat, corrigendum *sistrata* putat Grenier Mélanges de l'école franc. de Rome 1905 p. 65, recte fortasse. 8 expectaueris *aeterni.*

154

Sit tibi ter]ra leuis, iucunda t[ibi] requies sit.

CIL. VIII 9509 descr. Wilmanns. AL. Cholodniak 1261. rep. Scherschel. subscriptum . . . *echi et Plat* . . . *atae sorori* . . . [*u*]*ixit an. III m. I* . . . . suppleuit Cholodniak *t*[*ibi* ego, *t*[*ui* Cholodniak.

155

Ne cineri sit terra] on[erosa. optat tibi coniunx.
ossa [tua hoc tumulo] qui con[dit], munera [ soluens.

Atti e mem. della soc. Istriana di archeol. 1898 uol. XIII p. 387 ed. Sticotti. Parenzo in museo. suppleui.

156

Salue eter]nu(m) mihi. Maxime frater,
ete]rnumq(ue) uale!

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1907 p. CCXLIII descr. Monceaux. in opere musiuo rep. Truchet prope

Constantinam. supra titulum monogramma christianum. propter formam monogrammatis saeculo IV uel V ineunti adtribuit Monceaux. sunt uersus Vergilii Aen. XI, 97 sq. *salue aeternum mihi, maxime Palla, aeternumque uale. Maxime* nomen proprium.

## 157

Hic sita reginae famula est cognomine Tyche.
Sabina est illi genetrix, altrix Tiburtia tellus.
uitae fine dato tegitur tellure Falisca.

Not. d. sc. 1904 p. 151 ed. Gatti. rep. Cività Castellana. praescriptum *dis Manibus Tyches sacrum.*

1 *reginae* nomen proprium? *Tyche,* 2 *Sabina* prima syllaba producta. tolle *illi.*

## 158

Hic iac[et] . . . . . . |in loco . . . |
spes et . . . . . . |magiste[r . . |
bis fun[ctus . . . | patrimo . . . |
magna . . . . . . |clarior . . . |
pulchri . . . . . . |sumpti[bus . . |

CIL. VI 36439. Canina Via Appia I p. 171 = p. 227 n. 4. AL. Cholodniaki 1357 m.. tabula rep. uia Appia inter lapides a porta Capena VII et VIII. subscriptum *opus Fabrici Tossia L. f.* quo modo uersibus distribuenda sint uerba conseruata, pro certo non habeo, quoniam quantum desit non constat.

## 159

d. [M.]
Hic iacet e]xanimis Ste[phane . . . . .
. . . thiasis decora . . . . . . .
. . . ta]urino dorso i . . . . . . .
. . sacer]dotum nume[ro . . . . . . .
. . . . iatrem ape . . . . . . . .

CIL. VI 32476 descr. Bormann. AL. Cholodniaki 1357 c. Romae fragmentum tabulae marmoreae. in altera lapi-

dis parte inscriptum . . . *ues sepulchr*[*um*] . . . *quod est do*[*num*] . . . *A. Valer. Prae*[*textatus*] . . . *ia rep* . . . suppleuerunt Bormann et Cholodniak. reliquiae sunt uersuum hexametrorum.

160

qui . . . . . . . . . . .
stirpe nouempo[pulana. . . .
gallica terra don[at . . . . .
mi]litiam placidis . . . . . .
co]eperat interea. . . . . .
. . . . . . . . n

CIL. VI 32981 descr. de Rossi. AL. Cholodniaki 1357 e. Romae in coenobio S. Pauli.

1 *qui* 2 *st* 3 *g* auctore Marinio Vat. 9135, nunc desunt

161

. . . . . . edidi li . .
. . . stirpe] nouempopu[lana
. . . . omni laude . . .
. . . . centia dig[nus

Not. d. sc. 1902 p. 362 ed. Marucchi. fragmentum litteris saeculi quarti rep. uia Salaria noua in coemeterio Priscillae. subscriptum . . *qui uixit* . . *XLV mens* . .

2 cf. titulum praecedentem. 4 *honorifi*]*centia* Gatti proposuit. *dic* trad.

162

. . . nol]is calca[re iacentem
. . . . cru]deli fun[ere raptum
. . . . . . . ios ui . .

CIL. VI 30567, 22 descr. Huelsen. AL. Cholodniaki 1355. Romae. suppleuit Cholodniak.

163

Sorte, quidem misera uix] adfui, Se[ptima cara,
decessuque tuo modo lame]ntisque tuo[rum.
sed lapide hoc inter]pret[e] hic tu[a laus remanebit,
uirtutisque tuae meritum ti]bi red(d)e[t] hon[orem.

CIL. III 14294[2] descr. Bulić. AL. Cholodniaki 1169 b. fragmentum litteris malis repertum Salonis, ubi extat in museo. supplementa dedi Cholodniaki.

164

Hi sancte coluere deos], uixere fideles,
post obitum Elysios ut] possent uisere campos;
utque darent coniuncta aet]ernae membra quieti,
quod saepe optauer]e senes, haec dona tulere.

CIL VI 36426 ex schedis. AL. Cholodniaki 987 v. prope Romam rep. periit. praescriptum . . . *Thaumaste sibi fecerunt.*
1, 2 ex. suppleuit Huelsen 3, 4 Buecheler.

165

Hic conte[nta iacent . memb]|ra sepulchro
. . . . . . . de uita perpetua . . . .
. . . . . . . radium solis o . . . .
. . . . . . . ut inter elect[os . . . .

CIL.XIII 2433 contulit Hirschfeld. AL. Cholodniaki 1056 s. tabula marmorea Lugduni in museo. praemissum est signum crucis. subscriptum litteris minoribus *ans VI et dies..*
1 cf. titulum sequentem. nomen defuncti desideratur.

166

Hoc content[a iacent] | Taurini me[mbra sepulchro
. . . . . . . laris in ho . . . . . . . . .
. . . . . . . iam relegi[onem . . . . . . .
. . . . . . . tenui[t . . . . . . . . . . .

CIL XIII 2429 descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 1056 r. fragmentum tabulae marmoreae rep. Lugduni ubi extat in museo. sunt hexametrorum reliquiae.

1 suppleuit Leblant. 2 *saecu*]*laris* proposuit Allmer.

167

Viuite | felices et nostris profundi te man(i)s
et memores estis uos | nobiscum esse futuros.

CIL. III $14165^1$ descr. Michon. AL. Cholodniaki 1220 b. Baalbek rep. praescriptum *d. M.* [*s.*] *Aurel*(*ius*) *Vict*(*or*) *duc*(*enarius*) *prot*(*ector*) *uixit annis XXXX*, sequitur *Aurel*(*ius*) *Baia* (*Bala* fortasse legendum ait Michon) *duc. prot. fratri pientissimo memoriam instituit.* supra titulum milites duo ad aram libantes.

1 *et* tollendum. *profundite*, supplendum esse *uinum* (non *lacrimas*) ex imagine supra titulum insculpta apparet. *mans* traditur, *manis* Michon litteris *ni* contignatis fortasse scriptum esse monens. *manis* pro *manibus*, cf. B. 859. 2 *estis* pro *estote*, ut haud raro. *uos nobiscum* dubium non est, quin ita scriptus fuerit archetypus uersuum eiusmodi, cf. B. 859. de archetypo, quem proposuit Cholodniak, *et memores sitis nobiscum esse futuri*, quid attinet uerba facere?

168

Conditur hoc tumulo causarum no]bilis actor
. . . . . . . . . . . . . . uincu]la iuris
. . . . . . . . . . . . . . . nius heros
. . . . . . . . . . . . . . s orbe peractis
. . . . . . . . . . . . . . . crat

CIL. VI 33866 ex schedis. AL. Cholodniaki 1357 h. fuit Romae. in dextro latere monogramma Christianum. u. 1 *causarum nobilis* suppl. Huelsen, cetera Cholodniak. alia causarum actorum elogia B. 425, 1236.

3 . . *ueluti ille Alcme*]*nius heros* Cholodniak proposuit facta moresque defuncti cum Hercule comparari putans. sed latet forsitan nomen. 4 *toto nobili*]*s* Cholodniak.

## 169

. . . . . magis et . . m . . | . . [hono]re
praecipuo ba . . . . . . . . . . .
et tit]ulis simul ornau[it . . . . . . . .

CIL. III 13119. AL. Cholodniak 1340 c. Salonis in museo. sub titulo caput canis insculptum. uersuum dactylicorum reliquias esse Bormann uidit. suppleuit Cholodniak.

## 170

. . . . . quaeris] si . . . . . . . . . .
heu, rapitu]r puero t[risti lux sorte . . . .
bis quinos nondum q]ui uixit [terminis annos,
. . . quem nunc h]auseru[nt Tartara maesta
. . . . . . . . . . . . . . . . . .

CIL. III 13111. AL. Cholodniaki 933 b. Salonis in museo. dedi supplementa Cholodniaki quamuis incerta.
4 *uauser* traditur.

## 171

A nimis indign]e rapuistis, fata, [puellam,
quae cunctis fue]rat propénso d[igna fauore.
insignis forma m]ixto lasciua [decore,
facunda et sapie]ns, cómis, pia, ca[sta, pudica.
at nunc inuidia f]atorum mort[ua uirgo
in terrae grem]io iungit ses[e abdita Diti.

CIL.XIII 3048 descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 1056 a. rep. Parisiis extat in museo Carnavalet. fragmentum calcarium litteris bonis et grandibus primi, ut uidentur, saeculi. suppleuit Buecheler.
2 *propenso fauore* Ouidianum esse Buecheler monet. 5 ex. 6 ex. haec quoque supplementa proposuit Buecheler *mort[ua matris]* — *ses[e et patris umbris]*. 6 ex. *matri* Cholodniak mauult.

172

Quae iacet hoc tumulo,] coniux est mo[rte perempta,
nec poterant lacrimae ur]gentes reti[nere mariti.
at me nunc solum miserumque] relinqu[it inique
infernos Manes precibus u]oto[que uocantem.

CIL. III 14314[1] descr. Kubitschek. AL. Cholodniaki 36 c. fragmentum sarcophagi litteris paruis Salonis rep. extat in museo Spalatino. suppleui.

1 *condita cara suis hoc c. e. monimento* Cholodniak. 2 prima littera conseruata utrum sit *c* an *g*, incertum. *lacrimae urgentes* cf. Prop. V,11,1 *desine, Paule, meum lacrimis urgere sepulcrum*, Hor. Carm. II, 9,9. *quam secum cunctae gentes retinere cupirent* Cholodniak. 3 *heu rapitur, luctumque suo relinquit acerbum* Chol. 4 *omine cui nupsit tristi uotoque marito* Chol.

173

Salue sancte iterum! Iuli saluete Recepti
cari iterum cineres animaeque umbraeque tuae nunc,
quas semper recolam solemnibus optime uotis,
dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

CIL. XIII 1568 ex schedis. AL. Cholodniaki 1185 g. rep. Chanac.

1 *Iulius Receptus* nomen defuncti. 4 Verg. Aen. IV, 336.

174

Clausus in hoc tumulo tegitur] Vincentius infans
gratus blanditiis et dul]cior semper amicis.
at nos orbatos miserosq]ue repente reliquit.

CIL. VI 36552 descr. Vaglieri. AL. Cholodniaki 978 x. Romae in thermis Diocletiani fragmentum tabulae marmoreae. suppleui.

1 *sede sub hac recubat bimus*] Cholodniak. 2 in. cf. B. 445, 3. *carus nobis erat qui et dul*]*cior* Chol. 3 cf. B. 398,4. *praereptus fletum luctumq*]*ue* Chol.

### 175

Hunc ad] paulisper [tum|ulum] consiste u[iator.

CIL. III 14886[4] descr. Bulić. AL. Cholodniaki 1220 d. Salonis rep., ubi extat in museo. *u[iator* Bulić, cetera ego suppl.

*transgrediens hic] paulisper consiste u[iator* Cholodniak proposuit, sed inter *paulisper* et *consiste* aliquid deesse editor adnotat. suppleri potest etiam *hic nunc] paulisper, [quaeso], consiste u[iator.*

### 176

Hic] mea pos[t obitum tumulus tegit ossa sepulta.

CIL. III 12505 misit Tocilescu. AL. Cholodniaki 1340 b. Küstendsche rep. extat Bucaresti in museo. *hic] mea pos[t obitum* Cholodniak, cetera ego suppl.

potest etiam suppleri *hic] mea pos[t obitum requiescunt ossa sepulta.*

### 177

Ho]c iacet tumu|[lo] Lamyrianus qu|[ond]am iuuenculus,|
[quem b]is octonos du|[cent]em luminis an|[nos]
abstulit atra di|[es et a]cerbo funere | mersit.

CIL. III 14190[1] descr. Mommsen. AL. Cholodniaki 933 d. Dorylaei rep. subscriptum . . . *inius Solicianu[s . . A]ugustor(um)* . . . *[filio benemere]nti.* suppleuit Mommsen.

1 nomen numeros turbauit. archetypus forsitan fuerit talis nomine disyllabo in pedo ultimo posito *hoc iacet in tumulo quondam iuuenculus* —◡. 3 uersus Verg. Aen. VI 429; XI, 28 paulo commutatus.

### 178

Viscia Paula soror et coniunx| Viscia Firma|
uno anno obiere sim[ul d]uo mensibus inter;|
nonaginta annos ui[x]erunt adque duo|bus;
quadraginta et quinque | soror, reliquos fuit uxor.|

quarum pro meritis tumulis | duo corpora iunxi
Q. Viscius | Valens d[u]plici pietate propinquus.

CIL. III 14237 descr. Bulić. AL. Cholodniaki 680 b. stele reperta Pitunti nunc extat in museo Spalatino. supra titulum rami duo et flos insculpti sunt.

1 *soror* ultima producta in penthemimeri. 2 *duo* pro *duobus* metri causa. *mensibus* ablat. mensurae per analogiam structurae *duobus mensibus ante* uel *post*. idem est ac *duobus mensibus interiectis*. 3 *duobus*, quamuis praecedat casus accusatiuus, metri causa posuit poeta. 4 *fuit* i. e. *uixit*, quod metri causa uitatum Cholodniak putat. melius fuisse *habet* idem notat. fortasse tacite supplendum est *nata*. 6 nomen numeros turbat.

179

Hoc sacer in [tumulo] tegitur mod[eratus honestus.
at t[u praeteriens resta et titulum lege, quaeso.

CIL. VI 34416 descr. Muenzer et Huelsen. AL. Cholodniaki 1357 i. Romae fragmentum cippi litteris bonis. praescriptum *d.* (corona) [*M.*] *Ant*[*onius*] *Phro*[*nimus*. suppleui.

1 *sacer* i. e. dis Manibus consecratus. ex. cf. B. 1408, 3; 1409,9; 1770, quod fragmentum ita supplere conatus sum:

Hoc iacet in tumulo, cuius m]ens clara recessit,
et terrae cineres ultima fl]amma dedit.
hic situs est; uixit semper mode]ratus honestus.

2 *ultima flamma* cf. B. 1107,4. 1252,5. 3 cf. B. 477,6.

180

Iamdudum abrepto dempsit s]olacia fratre,
quo grauior luctus fletusque] parentibus esset.
sed si fata bonis o natis p]arcere uellent,
nobis non opus est tant]o superesse dolori.

CIL. VI 36660 descr. Huelsen. AL. Cholodniaki 708 a. Romae fragmentum tabulae marmoreae litteris saeculi tertii uel quarti. suppleui.

1 *abstulit et rapto miseris* Cholodniak. 2 *indigne, acrior ut dolor inde* Cholodniak. 3 cf. B. 96, 7 *fata non parcunt bonis. innocuo puero o si Tartara* Cholodniak. 4 *quo sit plaga minor* Cholodniak.

## 181

Quisquis es, ne dic[o abscedas, nisi legeris, hospes, |
cuius hoc n[o]men. . . . o . . . . . . | cat
perbreui disces hoc mora ea . . . . . |
excelle[n]ti genere [or]ta d . . ici . . du . . . . |
sedesq(ue) custodiens quas si quis ua . . en . . . |
cai cupidine c . . cost . . . . e quos pater breuii . . |
nulli . . . c iuuenes nutriuit et arte pollen[tes.
Elysios celebres campos car[o] coniun[ct]a m[arito.
sexies huic decimum spatium comp[leuerat annus.
tutato hec monimentu[m] . . d . . . .
. . . mui . . . ca . . .

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1896 p. 177 ed. Gsell. rep. Mdaourouch. praescriptum *d. M.* initium carminis, quod ex hexametris pessumdatis constitisse apparet, quo modo uersibus distinguendum sit, non satis mihi persuasi. uu. 8. 9 cf. titulum n. 218,13-14 ibidem repertum. suppleui. 4 cf. n. 218,11. 8 ex. *coniungi am* trad. 10 i. hoc, cf. n. 218, 15 *haec monumenta.*

## 182

. . . ris
. . . o
. . . e mansi
. . . is

CIL. VIII 21357 descr. Scmidt. Scherschel in museo. superestne e carmine dactylico?

## 183

. . . ulliue . . . .
. . . heran . . . .
. . . angeba . . . .
. . . m fert hio . . .

CIL. XI 4983. Spoleti tabula marmorea. uersuum dactylicorum reliquiae esse uidentur.

## 184

. . . ui]rtute beatos
. . . s flore iuuentae
. . . uitia semper
. . . m causa petiuit
. . . uir]tutib(us) aptum

Not. d. sc. 1908 p. 20 descr. Vaglieri. fragmentum marmoreum uia Flaminia rep.

## 185

Orta, ut fama probat, memoranda diuite Roma
duodecies binos superaui luminis annos
bis senam ex numero partem, quam diximus, anni
et dece coniunctis bis ter cum fine diebus.
casta pudicitiae seruaui tempora uitae.
condita nunc Libyca felix tellure quiesco.
tu quoque praeteriens tumulum qui perlegis istum,
parce meos cineres pedibus calcare proteruis:
sic tibi ab aetherias lux multa superfluat auras.

Bull. de la soc. des antiqu. de France 1896 p. 346 descr. Cagnat. rep. Bir-el-Djebbana. praescriptum *dis Manib(us) sacr(um). Norbania Saturnina Pia.*

1 in. ante *orta* extat littera *d* inuersa, quam fuisse in lapide, antequam hic titulus inscriptus est, censet Cagnat. 2 *duodecies* primae litterae per synizesin legendae. *luminis* i. e. aetatis. 3 *senam* errore lapicidae propter uoces sequentes q. s. *partem quam* exortum puto. legendum *senum*. intellege: ex numero bis senum i. e. mensum partem quam diximus i. e. duodecimam anni, = mensem unum. 4 i. decem dies coniunctis bis ternis. uixit igitur Norbania annos XXIV mensem I dies XVI. *cum fine* estne sententia *postremo*? 5 intellege: casta pudicitiam seruaui tempore uitae. 7 uersus tralaticius. 9 *ab aetherias auras* cf. Diehl de *m* finali epigr. p. 12 sqq.

## 186

Fl(auius) hic situs est pro|auus, qui tempora | uitae
plura senex | numerans meruit | hoc saepe uocari.|
uixit ad exemplum ui|tae poteratque nepo|tum
dici simul| uirtute pater, nam | saepe solebat
e[qus] aequ[o] caeleri | riuos tran(s)cendere magnos.
n . . . bus | sen(i)or leporem monstrabat et ipse.
sic fortis centum nummerabat tempo|ra uitae.
hos ego iam proauo uer|sus pater ipse neposque
testantes uitam multa per sae|cula misi.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1896 p. 230 ed. Cagnat. rep. Henchir - Amana. praescriptum in latere sinistro *d. M. s. Titina Fortunata pia uixit annis XLVIII; h*(*ic*) *s*(*ita*) *e*(*st*). *o*(*ssa*) *t*(*ibi*) *b*(*ene*) *q*(*uiescant*), in latere dextro *d. M. s. F*(*lauius*) *F*(*lauii*) *fil*(*ius*) *Quir*(*ina tribu*) *Pudens Maximianus p*(*ius*) *u*(*ixit*) *a*(*nnis*) *LXXXIII m*(*enses*) *XI h*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*). *o*(*ssa*) *t*(*ibi*) *b*(*ene*) *q*(*uiescant*). hexametri paululum pessumdati. achrostichidem faciunt uersus septem primi.

2 *hoc* i. proauus, nam complura tempora uitae numerauit. *hoc nomine* nempe *Pudente* intellegendum putat Bianchi Studi Italiani di filol. class 1910 p. 72. 3 sq. uirtute et corporis uigore nepotum pater, non auus esse uidebatur. 5 *ex aequo caeleri* male suppleuit Bianchi. utraque in lacuna spatium duas uel tres admittit litteras. *equs aequo* i. e. aequus equo ego expleui. dicitur uersibus 5, 6 senex maxima celeritate riuos tranauisse et lepores indagauisse optime. 6 *nepotibus* male expleuit Bianchi. fuitne *nec canibus*? 7 i. annos. ad grandem defuncti aetatem indicandam numerum *centum* minus accurate scripsit poeta, nam uixit Flauius annos prope octoginta quattuor. 8 titulum fecit nepos, qui iam pater erat.

## 187

P]arua quid[e]m subolis, [q]uam cito ab | ubere matri[s
abstulit atr|a dies et fune|re mersit acer|bo.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1908 p. CCLVII descr. Merlin. rep. prope Henchir-ed-Douamis. praescriptum *memoriae Atiliae Maniliae filiae dulcissimae*, subscriptum *uixit d*(*iebus*) *CCCLX, h*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*). *Panchari.*

1 metrum compleas *parua quidem subolis, heus, quam* eqs. i. suboles. 2 Verg. Aen. VI, 428; XI 28.

188

Octauius Romulus|
frugi puer; |hic sunt eius condita | ossa.

Not. d. sc. 1898 p. 180 ed. Podestà. cippus marmoreus rep. Sarzanae.

2 in. adde *en* sim.

189

Hic fuerat similis roseo Cupidine |[uultu,
quem] myseri posuimus hic immaturu(m) parentes
Sex. Gos|[enius F]estus et Malia Amanda scelerati.
huic enim si li|[cuisset] uiuere pluribus annis,
conferrendus erat Latonio |[Phoeb]o et Semeleio Bromio
aut a nymphis adamato Nar|[cis]so.
magnam quidem habuissemus gaudia genitores. |
t]hura mero semper inposuissemus in pleno, frequenter |
laurea capitibus, confrequentaremus templa deorum. |
nunc quia non licuit frunisci nostrum aue raptum [Ga]|nymeden,
uelim quidem facerent caelestia fat[a, ut |
iremus properes ad nostrum inmaturu(m) tuendum.

CIL. VI 35769 descr. Huelsen. AL. Cholodniaki 987 s. tabula marmorea originis sine dubio urbanae Rauennae in museo Classensi. praescriptum *d.*] *M. s. . . e puer L. Malius Epagathus qui uixit* [*an. . . die*]*bus LXXV*. hexametri pessimi. suppleuit Buecheler.

1 i. Cupidini. 2 metrum corrigas quodam modo *quem miseri hic posuerunt immature parentes* correpta ultima uerbi q. e. *immature*. 4 numeros restituas *pluribus namque huic si licuisset uiuere annis*. 7 i. magna. »impletis mero pateris ac ture supplicassemus» Buecheler. 10 *Ganymeden* numeros excedit. 11 metrum expleuit Huelsen *uellem equidem facerent caelestia fat*[*a ut eodem* 12 *properes* pro *properi*.

190

V]itam insi|diis in sacra | urbe finiuit.

CIL. III 14588 descr. Premerstein et Vulić. AL. Cholodniaki 933 e. Koželj repertum, ubi extat in horto ludi litterarii. subscriptum *P. Maius Cleme[n]tinus eq(ues) Romanus filio dulcissimo b. m. p.* litterae saeculi secundi exeuntis. hexameter pessimus initio mancus.

*in sacra urbe* cf. B. 249,12.

191

. . . . . . . . . . . . .
. . . . funu]s acerb[um .
. . . . . ngere m[ultos (?)

Not. d. sc. 1900 p. 23 ed. Gatti. fragmentum marmoreum Romae repertum.

192

O crudele nefas . . .
tibi qui . . . . .
los . pater materq.
. a . sere . is ga .
ce dos fecit . for . .
. . nano . . . . .
. . tituo . . . . .
. . emo . . . . . .
. . . . . . . . . .

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1896 p. 270 ed. Cagnat. Henchir-Ouled-Mrabet rep. praescriptum *d. M. s. Basilia Gemelinae Consi . . us . . diliabua . . uox .* . titulum ualde mutilum, quem ex hexametris constare apparet, uersibus distinguere non potui.

193

. . . . . . . . . . . . . ios seruare . . . . .
laudem sibi | . . sse parare bis geminis na| . . . . .

. . . uius pater sexsus uter| . us etenim trans Alpes
et| . . us iii erin . . . ad |.. . . s obiter
. . . coriu . . | . . . riis quinquaginta fere |[anno]s
si pira vidit quae colui | . . nque deos digesta per |
. . ii uiq(ue) primus libertus| . . . ione patrono
quem te| . . . uit istui statuit mo|[nument]um.
nomen uite pagat ho|[nor m]aneatque per aeuom.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1896 p. 177 ed. Cagnat. rep. Mdaourouch. hexametros uoluit qui composuit. titulum ualde mutilum num uersibus recte distinxerim, dubito. suppleui quantum potui.

7 fuitne *relig*]*ione*?

## 194

Quem subito iniq(ua) | fata rapuere parenti.

CIL. XI 3209 descr. de Rossi et Bormann. AL. Cholodniaki 609. Faleriis uidetur titulus translatus esse Nepete. praescriptum *diis M*[*an.*] *Q. Albio Q. f. Hor. Felici qui u*[*i*]*xit annis XIX et mensibus VIII piisimus erga parentes suos*. in latere dextro *Q. Albio . . parui . . perdidit . . magist . . lintion . . Fale*[*r*] . . *Q. Albio . . uix.* [*a*] . . , subscriptum *Q. Albius Felix pater fecit in fundos*. hexameter pessumdatus. archetypum putat Cholodniak *quem subito fata iniqua eripuere parenti*.

## 195

Victa est ius|titiaes non ae|quo iudice | fato.

CIL. XI 6204 descr. Mommsen. AL. Cholodniaki 279 g. tabula marmorea in agro Aesino rep. nunc extat Aesi. praescriptum *d. M. Athenaidi coniugi inconparabili Petronius Acrocianus maritus, quae mecum uixit annis XXII, de cuius pudore nemo dicere potuit*, subscriptum *b*(*ene*) *m*(*erenti*).

iunge *uicta est fato*.

## 196

O nefas, quam floridos | cito, mors, eripis annos.

CIL. V 4754 contulit Mommsen. AL. Cholodniaki 49. rep. Brixiae. praescriptum *d. M. Valeriae Crispinae animae innocentissimae, quae uixit ann. XXIIII m. V d. VII or. V L. Postumius Vrsianus coiugi frugalissimae Sinplicio.* hexameter pessimus.

numeros restituas *quam floridos cito, mors crudelis, eripis annos* aut *quam, crudele nefas, floridos mors eripis annos.*

197

. . . iido . .
. . . stisque . . .
. . . ser]uare mari[to . . .
. . . seruire cu . . . .
. . . natisque no . . . .
. . . itru . . . . .

CIL. XI 4954 descr. Premerstein. AL. Cholodniaki 279 b. tabula marmorea rep. Spoleti. suppleuit Bormann.

1 *fi]do* 2 *moribus haec ca]stisque* 3 *obser]uare mari[tum* 4 *casto inseruire cu[bili* 5 *natis quinq[ue relictis* proposuit Cholodniak.

198

Hic situs [est . . . . .
finita luce [est subito detrusus ad umbras.

CIL. XIV 1865 descr. Dessau. AL. Cholodniaki 1057. Ostiae. suppleuit Cholodniak.

199

. . os in . . . |
te dignum . . .
pro] |meritis c[olimus . . |
his ergo d. . . .
os]|sa specte . . |
o nostr . . . |
tus.

CIL. V 3866 descr. Mommsen. AL. Cholodniaki 357. Veronae in museo municipali. carmen dactylicum fuisse apparet.

200

Praeteriens hoc quisque le]gis, mea fata dolet[o].
mortuus hic iaceo iam] prima etate dec(ep)tus.

CIL. V 1727 descr. Mommsen. AL. Cholodniaki 1076.
Aquileiae in museo. subscriptum . . . *uix ann.* .] *m. V dies XV.* suppleuit Cholodniak.
2 *mortuus* ego; potest etiam *in tumulo hoc* sim. *Vrbicus* Chol. sed nomen infra scriptum fuisse puto. *iam* ego, *qui* Chol. *deceptus* cf. n. 60.

201

. . e| . . . bis contu | . . . si quis
ad sa | . . . a eum uoler | . . . o coronas|
. . . it profund | . . . [ui]num.

CIL. VI 35628 descr. Muenzer. fragmentum tabulae marmoreae rep. Romae. pars inferior periit. praescriptum *d.*] *M.* . . . *et Iuniae* . . [*coni*]*ugis eius* [*libertis liber*]*tabusque* [*posterisque e*]*orum.* num uersibus recte diuiserim dubito.

202

. . . insanos . . .
. . . biamus n . . .

CIL. III 14886² misit Bulić. AL. Cholodniaki 1286 c.
Salonis rep. extat in museo Spalatino. hexametri fuisse uidentur.
1 *quid prodest nimis — gessisse tumores?* 2 sq. *forma n ue super*]*biamus, n*[*eu diuitis aulae* | *census iactemus* . . . expleuit Cholodniak.

203

dic . . . . .
merum . . . .

autem tud . . . .
quisque mod[o . . .
di Manes te ex[pectant . .
sicuti . . . .

CIL. VI 36630 descr. Dennison et Huelsen. AL. Cholodniaki 1357 n. fragmentum tabulae marmoreae litteris bonis rep. Romae. hexametri fuisse uidentur.

6 *sicuti* litteris maioribus spatio aliquanto ab margine remotum.

## 204

. . . nuit . . rea . . .
. . uoq et natae nata uti comite . .
. . outuimrc comitata necauit . .
. . um spreuit nulloq cupidin eius . .
. . mucitūit uno con[tenta] marito . .
. . nonen erit a summo nuii uers . .

CIL. III 2667 ex schedis. fuit Vragnizzae in coemeterio. subscriptum . . *b]ene meritae Sabinus et sibi.* titulus ualde corruptus est. hexametri fuerunt.

5 in. *mucit* uel *mucti* litteris *it* contignatis. *fuit uno* corr. Mommsen. *conpeua* trad., corr. Mommsen. 6 »fortasse indicatur nomen defunctae per acrostichon scriptum fuisse« Mommsen.

## 205

Uxoris pietas tu]mulum est inan[e mariti:
coniugis ipsa su]i rogitantis con[didit artus.
cuius in aeternu]m laus est, non fac[ta peribunt.
officium fra]tres eiiu[s subiere parati.

CIL. III $14886^{3}$ descr. Bulić. AL. Cholodniaki 36 h. fragmentum marmoreum rep. Salonis, ubi extat in museo. subscriptum . . . *Aninia coi[ugi]* . . . *Fu[l]gini[o* . . . suppleuit Cholodniak.

1 *tumulum* neutrius generis.

206

Funeri mu[l]ta quid(e)m condigna iam misimus omnes.
insuper ar(a)equ(e) deposit(a)e Secundulae matri
lapideam placuit nobis atponere mensam.
in qua magna eius memorantes plurima facta,
dum cibi ponuntur calicesq(ue) e[t] copertae,
uulnus ut sanetur nos rod(ens) pectore saeuum.
libenter fabul(as) dum sera red(d)imus hora
castae matri bonae laudesq(ue), uetula dormit.
ipsa [q(uae)] nutri(i)t iaces et sobriae semper.

CIL. VIII 20277 descr. Gsell. rep. Aïn-Kebira. praescriptum *memoriae Aeliae Secundulae*, subscriptum *u*(*ixit*) *a*(*nnis*) *LXXV; a*(*nno*) *p*(*rouinciae*) *CCLX Statulenia Iulia fecit*. i. e. anno 299. hexametri pessumdati. acrostichide et telestichide legitur *fili dulcisimae matr*(*i*).

1 *muita* litteris *mu* contignatis lapis. 5 *ei* lapis. *copertae* i. e. copertoria, uestis stragula. 9 in. *o* lapis. corrigendum *sobria*.

207

Adlitus amor erat nobis, (s)i fata dedis(s)ent.
fuit nobis iunctio dulcis bis (uigin)ti per annos.

CIL. VIII 20776 ex schedis. Aumale rep. subscriptum *Mublocinus Fl. Camerinae coniugi carissimae fecit d. d. p. CCCXV. u*(*ixit*) *a*(*nnis*) *XXXV bibit pro.* . . i. e. anno 354.

1 *adlitus* »sensus requirit quale *inabruptus;* fortasse uoluit qui dictauit *adlitus* esse i. q. *conglutinatus*» Thes. l. l. *nobisi* trad. 2 *fuit* si tollas, iustus fere hexameter. *bis ti* trad.

208

Accepit requiem post septuaginta non minus annos,
nulli numqua(m) nocuit, sinceriter semper amauit amicos.
thalamo suscepit Stratonicenem coniuge(m) iuncta(m).
o praua genesis, primum qui tulisti maritum.
nihil pulchrius fuerat quam coniuge(m) in ante misisset.

iuncta quem possedit XXXV uel amplius annos,
ut lacrimae minimae per genitoris uita fuissent.
si scire uis, lector, qui pausat, ca[pita] uersorum require.

Wiener Studien 1902 p. 586 descr. Maionica. Aquileiae. subscriptum *d(efunctus) in pace XVII Kal(endas) Nou(embres) N[epot(iano)] et Fac(undo) cons(ulibu)s*. i. e. anno 336. acrostichide legitur nomen defuncti *Antonius*. hexametri pessimi.

*3 Stratonicenem*. saepissime in titulis latinis nomina propria graeca primae declinationis in *e* exeuntia ad tertiam relata sunt; cf. ut cetera exempla omittam CIL. III 2376 *Stratonic*[*e*]*n*[*i*], 1651 *Agathen*(*i*), 2452 *Calliopeni*. 4 *genesis* cf. Iuuen. VI, 579; XIV, 248; Sueton. Vesp. 14; Dom. 10. *qui* pro *quae* cf. Löfstedt Philol. Komment. zur Peregrin. Aether. p. 132. expectaueris *priorem*. 5 in. metrum restitui licet *pulchrius nil fuerat* littera *s* finali elisa. sententiam interpretatus est hoc modo Maionica: nihil pulchrius fuit quam uita Stratonices antequam coniugem inmisisset scil. in Tartara. sed recte Löfstedt l. c. *quam* idem ac *quam si* esse monens sententiam explicuit: nihil pulchrius fuerat quam si coniugem (= uxorem) in ante misisset scil. maritus. quo modo si interpretatus eris, facillime uersum sequentem intelleges. *in ante* cf. Löfstedt Beitr. 110 sq. Phil. Komm. z. Peregr. Aeth. 269. 6 i. quem (= *quam* cf. u. 4) inunctam possedit, ut recte monet Löfstedt. 7 *minimae* pro *minores*. 8 *uersorum* cf. CIL. X 2535 *mesorum* et Diehl de *m* finali epigr. p. 200.

209

Sic tibi, quáe uotis | optáueris, omnia | cedant,
studiose | lector, ni uelis | titulum uiọlare meum.

Not. d. sc. 1898 p. 479 ed. Brizio. cippus arenarius rep in alueo Reni prope Bononiam. infra titulum effigies suarii septem porcos pascentis, qua re apparet hoc esse elogium subulci cuiusdam. de copia suum huius regionis cf. Polyb. II, 15. Strab. Geogr. V, 1,12. de sententia cf. titulos Atti della soc. di archeol. di Torino III p. 88 *ita tibi contingant, quae uis, ut tu hoc sacrum non uioles*; B. 836—838; 1468.

2 ad pentametrum redegit Zottoli Atti della accad. di archeol di Napoli 1910 p. 36 *ni uelis titulum* (*tu*) *uiolare meum*. malim hexametrum restituere *ni, lector studiose, uelis titulum uiolare*. *titúlum* utrum apex an mendum lapidis, incertum.

210

P]arce, precor, [cineri], tumul[um qui conspicis, hospes.

CIL. VI 24022 descr. de Rossi. AL. Cholodniaki 448. Romae. praescriptum *d. M. C. Pe*[*tronio*] *C. f. Proc*[*ulo*] *uixit annis III dieb. XXIII C. Petroniu*[s] *Rogatus pa*[*ter*. suppleuit Cholodniak.

211

Quisquis praeteriens bustum cernisque sep]ulcrum,
nosce perexiguu]m parui tu[mulum esse, uiator:
. . . . meri hic [corpus requiescit.

CIL. III 9607 descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 931. Salonis rep. subscriptum . . C. *Nigra* . . . [*uix.*] *an* . . . carmen dactylicum fuisse apparet. supplementa adposui Cholodniaki.

212

. . n lusii . . .
. . dolen . . .
plurima et m . . .
nunc esse . . .

CIL. XI 4553 ex schedis. fuit Ameriae apud aedem S. Secundi. uersuum dactylicorum reliquiae esse uidentur.

213

Hi]c est sita |[Ru]tilia Hila |[rit]as, dolor | [he]u luctusque|
[pa]rentum.

CIL. VI 36278 descr. Huelsen. AL. Cholodniaki 987 u. Romae a uinitore quodam extra portam Salariam se emisse dicit Guasco; nunc extat in museo Capitolino. subscriptum *qu*]*ae uixit an*[*nis*] *VIIII men. VI* [*die*]*b. VII Rutili* [*pro-fu*]*turus et* [*He*]*done par.* hexameter pessumdatus.
suppleuit Huelsen. nomen Hilaritatis dolori parentum opponitur. ad archetypum hunc *hic situs est Hilaris, dolor heu luctusque parentum* redigendum esse Huelsen proposuit.

## 214

Iulia fida mihi coniunx aequaeua iucunda,
quod tua mandauit fieri suprema uoluntas,
hoc ego perfeci parens praecepto maritus,
propriis ut sedibus semper quiete maneres,
quae communes erunt, cum leti uenerit hora.
  Q. Herennius feci cognomine Felix.

Recueil des notices de la soc. archéol. de Constantine 1899 p. 389 ed. Vars. rep. Tubunis. litterae saeculi secundi. hexametri pessumdati.

6 clausula hexametri.

## 215

romi . . . . . . .
sed properata dies [demersit funere acerbo,
bis denos iuuenis post[quam peruenit ad annos.

Not. d. sc. 1908 p. 21 ed. Vaglieri. fragmentum marmoreum rep. uia Flaminia. subscriptum *Caesario et Atti[co coss.* i. e. anno 397. in margine sinistra fracta legitur *os* aliquanto spatio ab initio uersus tertii remotum. forsitan fuerit in latere sinistro *bene os*, in dextro *sa quiescant* sim. suppleuit Gatti Bull. com. 1908 p. 95.

2 aut *fato consumpsit acerbo* aut *praeclusit tempora uitae* Gatti conlatis titulis CIL. VI 36652, XI 2836. post *dies* in lapide extare *L* traditur. 3 ex. cf. B. 1283. aut *postquam compleuerat annos* aut *postquam contigerat annos* Gatti.

## 216

O mihi] ter cara, na[tos], si ui[nceret] aet[as,
fecun]d[o saltem poteras educere] lus[tro.
at fac]ilis t[e illapsam abduxit riuus] aqua[rum,
dulcis] amica, [tuam conatus abicere] uitam.
. . . m . . is . . h . . . . . . . . o
. . lar de . . . . uite
. . . liber . . . t ori
. . or . . . . quum

. . ur . . . . am
. . . . p]ure de fonte iugali
cum erigi | . . . . tit uxori.

Boletin de la real acad. de la hist. 1897 t. 31 p. 513 ed. Fita. Ephemeris epigr. IX p. 114 n. 294. rep. Cerro de Lancia. praescriptum . . . *M]ontani uxor h(ic) s(ita). s(it) t(ibi) t(erra)* [*l(euis)*]. litterae saeculi quarti uel quinti. supplementa dedi Fitae quamuis incerta.

## 217

Coniuges hic positi | acerbo funere rapti.

CIL. V 5709 contulit Mommsen. AL. Cholodniaki 50. Agliate rep. praescriptum *d. M. et memoriae Sextiliae Cattae et Sextilio Bassiano; quae uixit annis XXI menses VIII Germania Eunoe patrona alumnae pientissimae; qui uixit annis XXV menses VI Sextilia Valeriana genero pientissimo.* hexameter pessumdatus.

## 218

Concordes animae quon|dam, cum uita maneret, |
moribus eximi(i)s pariles et amo|re iugali
sedibus his iunctae | per saecula longa quiescunt. |
nam bonus, heu, Marcus generis | fastigia reddens
Aemilius | Primus Flauianus nomine | pollens,
cum quattuor de|cimos complesset nobilis annos |
tertius huic post hos finem de|dit annus inicus.
post cuius letum | dulci uiduata marito
coniux | casta suum per se solata labo|rem
Iulia, femineis exem|plar moribus omne,
Seti|na excelso genere orta et glo|ria gentis.
hic sita, sed sedes | meruit penetrare piorum; |
Elysios celebrat caro con|iuncta marito.
sexsies huic| decimum spatium compleue|rat annus.
haec monumenta | aeui posuerunt munere nati |
Aemilii A[quilinus pietate et Bar|barus
exequiasque] ibi sollemni de more f(ece)re.

Recueil des notices de la soc. archéol. de Constantine 1907 p. 248 ed. Vel. rep. Mdaourouch. praescriptum *d. M. s.*, subscriptum *h(ic) s(iti) s(unt)*. ibidem Recueil des not. de la soc. archéol. de Constant. 1906 p. 421) repertus est titulus M. Aemilii Setini filii parentum eorum, quibus hunc titulum fecerunt filii duo superstites.

5 an Pollentis propter potentiam auctoritatemque quasi cognomen habuit? cf. *generis fastigia reddens* u. 4. 16 nomina numeros turbant. in fine uersus utrum desit aliquid an lacunam expleat, quod postulat initium uersus sequentis, incertum. 17 suppleui.

219

d. . ae. M.
Fla[uius . . ace]ruo funer(e) | ra[ptus
. . . nondum ascend]erat annis |
et . . . tus hic | . .
. . . etrius | . .
. . . iiqu(e) patris | . .
. . . e uidere | . .
. . . si fata f]uissent | . .
. . . ent . .

CIL. VI 30460,2 descr. Gatti. AL. Cholodniaki 477. Romae. hexametri fuisse uidentur. suppleuit Cholodniak.

220

. . . et . . .
plorau . . . . .
quodqu[e . . . .
m]ense ui[x . . . .

CIL. VI 30647. AL. Cholodniaki 479. Velitris. hexametrorum reliquiae esse uidentur.

4 posse et *u[no* Cholodniak monet.

221

Inclyte sacroru|m cultor secure quies|cis.
hic iuuenis. quem tel|us habet. quam Tartarus| ipse.
quere piam sedem. hic enim sepulti decumbunt.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1907 p. 248 ed. Ballu. rep. Mdaourouch. praescriptum *d. M. s.* sequitur *Fl. Natalis Veturianus u(ixit) a(nnos) L. h(ic) s(itus) e(st).* hexametri mali.

2 *iuuenis* casus genit. *quam* errore lapicidae. forsitan sumptus sit exitus uersus ex elogio feminae cuiusdam. 3 ultima uerba sumpta ex titulo quodam duorum uel plurium defunctorum.

222

Felix, pater, habes | digna tuae praemia | uit[ae.
optima cum resonat | perpetuo nomine fama,
preconiumq(ue) tu(u)m merito commu|ni ore p[robatu]r.
per benigna tibi q|uaesitum tem]p[ore in om]ni,
pectora dum | [ refouet reuoc]ando euntis amo|[rem.
. . . Pom]ponianus,| q(ui) felix uix(it) an(nis) |LXXIII.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1896 p. 178 ed. Cagnat. rep. Mdaourouch. praescriptum *i. p.* (monogramma Christi) *a. m.* = *i p(er) (Christum) a(d) m(eliora)*, cf. CIL VIII 2220. litterae saeculi IV. Suppl. Monceaux Revue archéol 1906 t. 7 p. 469.

2 archetypus fuisse uidetur pentameter *optima cum resonat nomine perpetuo.* 6 nomina desiderantur.

223

Omnes uicisti spe|cie, doctrina, puel|la
Iulia cara mihi fa|tis abducta paternis. |
auro nil aliut pretio|sius atque cylindro, |
nil Tyrio suco formo|sius adque Lacone,
mar|more nil Pario splen|dentius adq(ue) Caris(t)io, |
nil forma melius s[eu] | pulchrius esse lic[ebit,
lanifica nulla pot[iorque est] | condere Arachne.|
cantu Sirenas Pa[nd]i[o]nidasque sorores
et| specie superasti, quae sunt super omnia dicta.
tu, quae graiu|geno sata es heroe | parente,
nata bis | octonos letali fu|nere rapta.
hoc si|ta nunc iaceo Iulia | Paula rogo.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1907 p.CCLIV descr. Merlin. cippus Haïdra rep. praescriptum *d. M. s.* hexametri paululum pessumdati, quibus additus est pentameter. u. 7 ego, ceteros Merlin suppl.

1 *puella(s)* Merlin. 2 *cylindro* gemma. 7 *lanifica nulla* casum nominatiuum puto ultimis productis, *Arachne* ablat. *condere* = nere. Arachne i. e. aranea nens domum suam condit. *potes con(ten)dere* Merlin. 8 Pandionidae sorores sunt Procne et Philomela filiae Pandionis. 9 tolle *sunt*.

224

Funere de subito ra|ptus decumbis in ag|ro,
o genesis, o dira dies suprema iacenti
instetit et myserum morti [dat funus] acerbum.

Not. d. sc. 1898 p. 48 ed. Crespellani. Mutinae rep. praescriptum *d. M. Helio Leo et Vera parentes.*

2 *genesis* cf. n. 208. 3 *dat funus* suppleui, cum sit spatium litteris octo.

225

. . .
. . os mihei es . .
. . fundere ia[m . .
. . es de me iam . .

CIL. VI 30266 7 descr. Schmidt. AL. Cholodniaki 160. Romae fragmentum tabulae marmoreae litteris elegantibus. hexametrorum uel distichorum reliquiae.

226

Quid f[uerim, qui hic nunc iaceo]| et sine fin[e iacebo,
si uis scire, ro]gum sentir[e hunc esse licebit,
quem posuit n]at[o] luct[us fletusque parentum.

American Journal of archaeol. 1910 p. 320 ed. Armstrong. fragmentum marmoreum litteris saeculi secundi rep. Priuerni. praescriptum . . *u* . . . *a* . . *Ouf(entina)* . . . [*pu*]*ero.* suppleui.

3 *rogum ponere* per analogiam scribere ausus sum, uelut *monumentum ponere* sim. *cum* trad.

227

Fir|mino uo|tum refe|ret Ius|tini Pat|erna.

CIL. XIII 7958/9 descr. Zangemeister. Rheder rep. nunc extat Bonnae in museo. praescriptum *d(is) i(nferis) M(anibus)*, subscriptum *u(ixit)* numero annorum non inciso.

228

Hic situs est Mar|cus Flauonius ille | magister,
annos | qui centum ui|xit bene sem|per Auitus.

Bull. archéol. du comité 1901 p. 403 descr. Merlin. rep. in colonia Thuggensi. praescriptum *d(is) M(anibus) s(acrum)*, subscriptum *h(ic) s(itus) e(st)*. elogium alium magistri cuiusdam ibidem repertum uide Bull. de la soc. des antiqu. de France 1891 p. 265; 1894 p. 71. animaduertenda est aetas grandis defuncti.

2 *Auitus* probabiliter cognomen M. Flauonii quamquam inusitato loco positum.

229

. xctii . . . . .
. . ra fueren[t . . .
. . quos limine si . . .
. . a reliquit au . . .

CIL. VI 30632,2 descr. Huelsen. AL. Cholodniaki 1357. rep. Romae fragmentum tituli dactylici.
2 *du]ra fuer[u]n[t* 3 *limine [u]i[tae* proposuit Cholodniak.

230

. . . . riio o . . .
quod mihi tu ipsa m . . . |sensum
facile dedi incautus . . . . | quibus ipse
set meritis se . . . . . |re solebam

en iacet me . . . |
uel uos o Manes mihi . . |
. . ronius . . .

CIL. VI 30153 descr. Mommsen. AL. Cholodniaki 1133. fragmentum tabulae marmoreae originis, ut uidetur, urbanae extat in museo Veronensi. superesse e carmine dactylico apparet, quamuis metro non satis apta sint initia uersuum 2 et 5.

231

. . . . . eti . . .
. . . c m me liquerat an . .
. . . resoluta dies . . .
. . . ibus nam forte . . .
. . . quam uiuam ii . . .
. . u]ixi ego iuncta [marito

CIL. VI 30146 ex schedis. AL. Cholodniaki 1132. rep. uia Ardeatina. fuerunt hexametri.

232

. . . cul . . | . . maesta foris . . |
. . . . is pietas uirt . . |
. . . t claris . . | . . i per . .

CIL. VI 36659 descr. Gatti. AL. Cholodniaki 1357 o. fragmentum marmoreum rep. extra portam Portuensem.
idem fere fragmentum refertur CIL. XI 1391 = B. 1709, ubi u. 1 *fors* traditur.
2 *uirt*[*usque uiri* Cholodniak. 3 in. *enitui*]*t* Cholodniak.

233

Tu, qui praete[riens, hospes, titulum]| legis istum,
oro legas to[tum], discas bene uiuere semper.
. . . | issimae nomen qui cum. . bona multos quoque consu...
. . . . | inimicum feci mihi [nullum.

Recueil des notices de la soc. archéol. de Constantine 1906 p. 411 ed. Hinglais. rep. Announa. praescriptum *M. Sittius M. f. qui mar . . . se sibi suis m[on]imentum fecit . . . . Martialis . . i . cu .* cf. titulum ibidem repertum B. 1640, elogium fortasse patris. uu. 1,2 suppleui. cetera metro dactylico non satis apta uersibus non diuisi.

2 *totum* expleui, TO MVI traditur.

## 234

. . . oque iei . . .
. . us en marii . . .
. . o desine i . . .
. . fr quoc . . .
. . r . . . .

CIL. IX 4941 descr. Nissen. AL. Cholodniaki 550. rep. prope Monteleone. superest ex carmine dactylico.

1 *praeteriens mone]oque pet[oque resiste uiator* 2 *iste lapis non magn]us en Marii [tegit ossa* 3 *iam dulcis genetrix] o desine f[lere sepultum.* 4 *casus enim ille mis]er quo[circa contigit uni* 5 *non tibi torquentu]r [reges quoque funere nati* Cholodniak proposuit.

## 235

Ego. Antoninus, umbra tenus, haue tib[i] dic[o], meator,
quamuis festinanti gradu [c]arpas [i]t[e]r, res[is]te pau[l]lum [e]t leg[e] casu(m).
sic ego u[ixdum anim]am m[ei fr]atr[is re]tinere cupisco,
spiritu[s extemplo] mo[rientia] m[embra r]eliquit.
malignusqu[e] casus ma[le fecit] corpori toto.
post cuius exi[ti]u[m reliquias]que funeris [t]erre datas
decubui pro [tem]po[r]e [ego] noctesque diesque.
iam trahor [i]n tenebras ducorq(ue) amplectere fratr(em):
hoc fatali casu da[tu]m est; pergam nunc Tartar(a) adiuo,
reliquiasque meas cu[rent hi]c or[b]ati parentes.
iam casum cognosti meum; feliciter pe[r]ge, uiator.
decepti [s]enes testemur funera natuum.
[et pi]etas titulo d[ep]lorat [fata parentum.

CIL. III 14850 descr. Kubitschek. AL. Cholodniaki 1075 a. Clissae rep., nunc in museo Spalatino. praescriptum *Q. Sept(imio) Antonio def(uncto) ann. XVIII m. V d. II et Q. Sept(imio) Antonio def(uncto) ann. XXII m. XI dier. XXIII.* uersus pessimi hexametri. uu. 1—11 alter iuuenum defunctorum, 12—13 parentes loquuntur. suppleuerunt Buecheler, Kubitschek, Cholodniak.

1 *umbra tenus* legit Buecheler hoc modo interpretatus: »quatenus umbra personam gerere potest«; malim *tenu(i)s*, quod Cholodniak proposuit. 2 numeros restituas *quamuis festines, paulum resta et lege casum.* 3 *mei* si tollas, hexameter iustus excepto primo pede. intellege: uixdum fratrem morte ereptum requirere coeperam, cum et ipse abreptus sum. 5 metrum corrigi licet *casus iniquus cum fecit male corpore toto.* 7 sensus esse uidetur: decubui pro tempore postquam dies noctesque aeger fui. 7 *pro[pe tres annos* Buecheler expleuit. 9 metrum corrigas *hoc casu fatali datum est; nunc Tartara adiuo.* i. Tartar(a) adibo, ut monuit Buecheler; quamquam haud scio an possit etiam legi *Tartara diuo(m)*, si *Tartara* pro casu accusatiuo singularis numeri habeas. *a diuo* Kubitschek; »malim *dira* uel certe *diui*; *diuo* datiuus erit« Cholodniak.

## 236

C]onubio iuncti diuersis gentibu[s orti |
Gallae cum Parthis monime[n|t]um sic statuerunt
Basilidae [quondam] |, nunc et sibi non dubitantes. |
n]omina noscen[t]ur, [f]atum c[um uenerit ipsis.

CIL. XIII 5954 ex editis. prope Grand rep. in campo qui dicitur Le Béan. lapis a possessore in utroque latere ad scamnum faciendum resectus est. suppleuerunt Bormann et Hirschfeld.

3 nomen metrum corrupit. 4 *noscenitur satum* trad.

## 237

Ha]ec Sereni [membra in tumulo]| deuotus a[manti
iam pa]|ter orbatus [nato m]ale sa[nu]s [loc]|aui.
inuida [Par]caru(m) manda[t]| mihi dira , of[fi]cium p[ie]t[atis, |
annos cum d[at] a me m[i]sero | tristi ore [d]uc[end(os).

funus [nunc cele]|brare nou(um) [honori]busq(ue) quos maxi|m[o]s possunt [prae]stare par[en|te]s
ossa col[enda dare et uerbis me|m]orar[e] s[e]c[un]dis.

CIL. XIII 1602 descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 624 d. stele Ceyssac rep. extat Le Puy in museo. in latere dextro uir sinistra aratrum dextra flagellum tenens, supra canis iuxta quem pedes animalis cuiusdam. titulum temporum iniuria ualde pessumdatum restituere conatus est Buecheler. hexametros uoluit qui composuit.

2 *sa[nu]s*, malim *saluus*: debuit pater ante filium mori. 4 *suc* trad.

238

Perpetuam fa[mam maternae]| gloriae semper
pro[sequi]|tur nurus, pietate nati fr[e]|quentant.
uixisti grate;| c[onui]uio celebrantur ami|ci.
aeternumq(ue) uale nobis pi|entissima mater.

Archeologiai Ertesitö 1902 p. 337 ed. Finály Gábor. Jahresh. d. oesterr. archaeol. Inst. 1903 Beibl. p. 116 descr. Ornstein. rep. Szamosújvár. sequitur *u. l. r.* hexametros paulum pessumdatos suppleuit Finály Gábor.

1 *maternae* ego, *militaris* Finály Gábor, sed elogium esse matris cuiusdam e uersu 4 apparet. 2 corrige *nati pietate*. 3 i. celebrant, scil. te. finis uersus fortasse sumptus est ex archetypo tali *exequiaeque tuae officio celebrantur amici*. metrum restituas *uixisti grate; celebrant conuiuio amici*.

239

. . . . . . us terram con | . . . . . . . . . . . .
et maculare tibi sanc|[tu]m corpusq(ue) fidelem.
quattuor et uiginti annos mensesq(ue) nouem diesq(ue)
. . . . probe uectatus es terra.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1899 p. CXCV descr. Cagnat. fragmentum Scherschel repertum. duorum aliorum eiusdem lapidis fragmentorum legitur in uno *Saturnina Ti. Claudi Placidi se[r](ua) hic s(ita) e(st). uixit ani[s] XXX. Tertius contubernalis posui*, in altero *. . s l . . trib . . lius c . . elo Flau . . hic siti su[nt] . . sa Italia uiro . . fi . . et sibi monum[entum.*

3 *IIII et XX* lapis. ex. numeri *nouem* et *uiginti* metrum excedunt.

240

Condita sepulcro hic pausat Vrsa | Crestiana fidelis an(norum) XXXVIII.
per partum | subito ducente inpio fato est tradita Tartaris | imis,
et me subito linquit sibi coniugem pro tempo|re iunctum,
quem ambulo et quero miser, quem ipse | aeterna condidi terra.
o, quit tribuat genesis, | qui separat conuirginios dulcis,
ut non licuit | nobis iugiter supernam frunisci caritatem. |
hoc dico legentibus et lacrimis prosequor uerba. |
coniuncti amantis semper se bene dicere debent. |
quia nihil erit dulcius quam prima iuuentus.

CIL. III 13529. AL. Cholodniaki 36 c. tabula marmorea litteris non malis saeculi quarti rep. Wels, ubi extat in museo. praescriptum *Fl. Ianuarius mil(es) uiuus fecit.* hexametros facere uoluit qui composuit.

1 *an. XXXVIII* numeros excedit. 3 iunge *linquit pro tempore.* 4 sensum interpretatus est Hirschfeld: ambulo ad quaerendam eam. *quem* pro *quam*, cf. u. 5. 5 *qui* cf. n. 208. *conuirginios* coniuges. 6 *supernam* apud superos. 8 *se* pro *sibi.* 9 restituas *nil unquam quia erit dulcius quam prima iuuentus.*

241

LOI . . . . .
ossa dedit erei .
uuenius a bet .
. . . . .

CIL. XI 2819 e libro Andreae Adami abbatis. AL. Cholodniaki 1158 c. fuit Volsinii. uidetur superesse e carmine dactylico.

2 *ossa dedi ter[rae* proposuit Steuenson sine dubio recte.

242

. . . i . . . . . . .
. . . d]uxit culmine . . .
. . . sacerdotii o]nus . . .
. . . i auri ponde[r . . .
. . co]npleuit m . . . .

CIL. XIII 2436. descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 1056 n. cippus marmoreus rep. Ile-Barbe prope Lugdunum. suppleuit Morin-Pons apud Allmerum Revue épigr. 3, 1895 n. 1132.

243

. . ciuis mentis cu. . . . . .
. . . . da peroras o. . em . . . .
. . . . hi supremos mae[sti . .
. . . es fecimus hic c . . . . .
. . lacri]mis solacium . . . .
. . . f. XIII m. IIII dulce . . . .
. . . mus unis nobis[cum . . . . .
. . ian et solumq(ue) ire . . . . .
. . . ociero tibi post . . . . . . .
. . . . cinesio car . . . . . . . .

CIL. XIII 2314 descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 1185 h. Lugduni lapis litteris malis aeui inferioris. lectionem non ubique certam esse Hirschfeld monet. uersuum hexametrorum uidentur esse reliquiae.

244

. . . . lacrima]ndo fu[nere | ra]pta.
pis . . . iustis |[i]nple[re parent]es.

CIL. XIII 8489. Kraus Inscr. christ. II app. p. 346 n. 314. Coloniae. praescriptum . . *an]nos II.*

245

Epyfania t[egetur tumulo hoc, quam] funere duro
heu nimium celeri rapuit] mors impia c[ursu.
. . . . . ] tis nota ini . . [ama] bilis . . . .

Bull. archéol. du comité 1905 p. XLIII descr. Martin. Lugduni rep. suppleui ex carmine B. 768.

246

| *A* | *B* |
| --- | --- |
| totiu . . . . | . s utilitati . . . . |
| rinatur . . . . | uio habitas . . . . |
| filii nui . . . . | . sap]ientiae sss . . . |
| patri du . . . . | per]ficit huius . . . |
| fecit n . . . . | . ntarius arti . . . |
| cenya . . . | |

CIL. VI 30248 ex schedis. AL. Cholodniaki 475. fuit Romae in S. Pudentianae. fragmenta duo carminis dactylici. quomodo uersibus distinguenda sint quae conseruantur, pro certo non habeo.

247

Quae tegitur tumulo hoc, rapuit la]crimabile [funus.
heu, subito fletum luctumq]ue relinquet [acerbum.
quae iam uix unum uitae confe]cerat annum.
adsiduoque gemit crudelia fat]a dolore
maestus uterque parens in]ciso [carmine paruo.

Not. d. sc. 1905 p. 114 ed. Marucchi. Romae in catacumbis Commodillae. suppleui.
2 i. relinquit. 3 uel *quae undecimum uitae uix iam confecerat.* 4 cf. B. 1639, 2.

248

Hic positus . . ]or fidens remeare sepultos
laetior i[n superam tandem] qu(i) surgat ad auram.
immaculata [piae conseruans] foedera mentis,

concilio splendens pr[udens et in urbe] senator
inlustres merito cepit ue[nerandus honor]es;
sublimisq(ue) comes notus [uirtutibus aul]ae
uiuidus annonam rexit ca[nonemque probauit.]

CIL. VI 32052 descr. de Rossi. uia Appia in basilica S. Sebastiani fragmentum tabulae marmoreae. suppleuit de Rossi, qui saeculo V exeunti uel VI titulum adtribuit.
1 nomen desideratur.

249

Ho]c concl[udun]tur pat|[erno me]mbra sepulc(ro)|
. . . . . q(uae) uixit intacta [per | anno]s
XVIII et men [ses | . . .] dies XXII.

Bull. archéol. du comité 1905 p. XLII descr. Martin. rep. Lugduni. sequitur *defunc[ta . . obii]t die IIII Idus Iunias [domi]no nostro Auito [Aug.* i. e. anno 456, quo Eparchius Auitus consul fuit Occidentis (cf. Borghesi Oeuvres t. X p. 733 sqq. Héron de Villefosse Bull. archéol. du com. l. c.). infra titulum monogramma Christi intra orbem.
2 in. nomen defunctae desideratur. archetypus habuit — ∪∪ *quae uixit denos intacta per annos* sim.

250

. . . . . . . . .
S. .uola post patroni | obitum dilecta puella|
iudicio collecta p[io]. Trita et Vitalis alumnae.

CIL. XIII 5855 ex schedis. fuit Langres. suppleui.
1 in. nomen latet. 2 in. sententiam hanc esse puto: iusto dei iudicio cum sanctis coniuncta est. *p[io]*, uel *p[atris]* i. e. dei. ex. scil. posuerunt, fecerunt sim.

251

Debetum] nature qui|[dem co]mpleue[ra]s |[ipse
. . mors tua p| . . . reuenire | .
. . rit Gondaba|[d . . . qui legis in| .
. . atro| . . . . . cidno| .
.

. . . ceter . . . [ma]nsueta| . .
. . uita u hic . . . scede pecca|[tor
. . .requiem in sede | .

CIL. XIII 1513 descr. Hirschfeld ad ectypum. tabula marmorea rep. Volvic in ecclesia. subscriptum *obi]et sub die VIII Kl. Madi[as anno X]V rigno dn Dago[berti re]gis.* est a. 636 suppl. Leblant, Hirschfeld, ego. uersus dactylici pessumdati.

1 cf. titulum sequentem. *mpleu us* traditur. 2 *mors tua p[ropera* Hirschfeld. 3 *Gondoba[d* . . Hirschfeld paenultimam litteram magis *b* quam *d* esse adnotans. 6 ex. cf. u. 8 tituli sequentis. *in]scede pecca[tor* Hirschfeld.

252

Comp]letum naturae quidem co[m]p[le]ue[rat ipse.
fragele humeda terra sumit, non tenit ad . . . | hic antra sepulcri,
sed h[abitat] celos, quem iusta [fecere]| felicem.
condetum hoc tomolo leuita d(omi)ni . . . | hem Innocencius illi
nomen ab auo protra[hens . .] beatus in morebus
uitam benigna[m] to[lit] . . | . . . uix gesserat annus,
cum s[ubito . . . . |
. . . iii coii nepotins cedas pec . . .
. . . cir d. X Kl. Abrilis . . .

CIL. XIII 1489. AL. Cholodniaki 1056 i. fuit Augustonemeti tabula lapidea litteris saeculi sexti, cuius pars periit. extat in museo pars sinistra, quam descripsit Hirschfeld. totam edidit Ruinart ad Gregorium Turonensem (ed. 1699) col. 1401. hexametri pessimi. suppleuerunt Hirschfeld, Cholodniak.

*de[betum* Leblant, Cholodniak, sed primam litteram *l* fuisse Hirschfeld monet. 2 *fragele* i. e. corpus caducum. *ad[huc]* aut *ad[tamen]* Cholodniak. 3 *acelos* traditur. *iusta* scil. *facta*. 4 *condetur* corr. Cholodniak. 7 *cum s[ubito saeclum . . . . proiecit inane* Cholodniak.

253

Vir bonus et prudens studiis | in pace decessit.
nomen digni tatis eximium laudemq(ue) super[bam

deum uidere cupiens uidit | nec frunitus obiit.
sic sibi uolu|it ac meriti suis funus ornari.|
omnes filii bonum patrem cla|mitant querentes
pariter et | uxor luget quaeret non in|uentura,
quem perdidit, | qui uixit annis LXV d(e)p. prid(ie) N(onas) Febr.

CIL. VI 31965 descr. de Rossi. tabula magna marmorea rep. uia Ardeatina. praescriptum *Cl. Callisto u(iro) p(erfectissimo) siue Hilario uxor et filii bene merenti fecer(unt)*. in medio lapide foramen. hexametros facere uoluit qui composuit.

2, 3 sensum hoc modo interpretatus est Mommsen: Callistus uidit (=ante oculos habuit) nomen dignitatis eximium laudemque superbam, neque tamen ea frunitus est, sed deum uidere cupiens obiit. 4 *meriti* corrigendum puto *meruit*. i. a suis.

254

Si qis dignatu | rescire meo nom, | Rudufula dicor|.

Bonner Jahrbücher 1902 p. 158 descr. Klinkenberg. Coloniae rep. sequitur *uiuix* (i. e. *uixi*) *annis IIII et me(nsibus) XI, sociata m(artyribu)s*. titulus infimae aetatis.

i. dignatur. *rescire* pro *resciscere*, cf. Gell. II, 19. i. meum nomen. *Rudufula* = Rudulfula.

255

Adspirauit infanti deus aelectae puell[ae.
parua fuit in carne, uerum perfecta . .
patri cara matrique dulcis digniss[ima uirgo.
hanc placuit deo raptam adsumere: san[cto
spiritu plena sapiens ad regna tetendit . .
Anastasia secundum nomen credo fut[uram.

Not. d. sc. 1905 p. 113 ed. Marucchi. Romae in catacumbis Commodillae. hexametros pessimos suppleuit Marucchi. propter uoces *adspirauit infanti deus* u. 1, *spiritu plena sapiens* u. 5 puellam paulo ante mortem baptizatam esse putat Marucchi. sed nescio an uerbis illis u. 1 *adspirauit infanti deus aelectae* hoc fere dicere uoluerit poeta: huic puellae, quam sibi elegerat, deus adspirauit i. e. indulsit, summo eam adfecit beneficio, quod ad regna sua morte adsumpsit.

2 explere uelim *in fide*, quamquam metro repugnat. meliores tamen poeta ipse numeros non composuit. 4 ex. *sancto* ego suppleui cum *spiritu* u. 5 coniungens; *sancti* Marucchi. 5 ex. suppleri potest *beata* sim.
6 i. Anastasiam. alludit poeta significationi nominis graeci defunctae.

## 256

Quid istas et ie . . . . . . .
fac tibi cum uiii . . e . . . .

CIL. VIII 20916 descr. Gsell. Tipasae in pauimento basilicae S. Salsae. praescriptum *memoria Adeod[ati dia]coni d(epositus) in p[ace]*. hexametri duo fuisse uidentur.
1 lege *stas*. cf. B. 407 *quid stantes*.

## 257

reh . . . . . . .
. .diuini iuuenis . . . .
. . emeriti . . . . .
. . ecit ad quae ordin .
. . audit luctu cur . . .

CIL. XI 4560 ex schedis. fuit Ameriae apud aedem S. Secundi. hexametrorum reliquiae esse uidentur. fueritne aetatis antiquae Bormann dubitat.
1 secunda littera utrum *e* an *f* sit, non satis constat.

## 258

Hoc iacet in tumulo] dulcior marito Biarco
a . . . . . . . . .
sic merita in domino ae[terna pace quiescat.

CIL. VI 32973 e cod. Barb. 30, qui solus seruauit. fuit Romae in pauimento S. Martini in montibus. subscriptum . . . *u . . . le intia* (nomen latet) *quae u[ixit ann]* . . . *et [f]ecit cum uiro [ann]* . . . *[de]posita V Kalen[das* . . . suppleui.
3 hiatum admisi in penthemimeri.

259

qui uixit ann[os triginta et] quinque fidel[is.

CIL. XIII 8330. Gruter 170,2. Colonia marmoris frustum aduexit et in museum suum transtulit Heidelbergae Freherus. periit. infra auis columbae assimilis insculpta erat; subter fuit *huic titulu[m posuit] scola arma[turarum senior-]um ubii. b. s. e. de . . .* haec suppleuit Klinkenberg, qui ultima corrupta putauit ex *V Kal. Septembres e(st) de[positus.* de scholis armaturarum cf. Mommsen Hermes XXVII p. 223 sq. hexametrum puto uoluisse qui scripsit. suppleui.

in. nomen desideratur. *uixit* ultima producta in penthemimeri. *triginta* uel *uiginti.*

260

Sede sub h]ac [requ]i[escun]t pi[i frat]res.
necdum [hic unus erat claus]us, rapt[usque superstes.
illis uita [breuis, gemitum luctumque relinquunt.

CIL. III 14354[18] descr. Premerstein. AL. Cholodniaki 638b. tabulae calcariae fragmenta reperta Laibach, ubi extant in museo. subscriptum *Marce]llinus uix(it) a[n.]VIII* (?), *Io[an]nes uix(it) an. V[. . . men]s. VIII d. XX. Marinus pater et Vrsa m[ater me]moriam fecerunt pii parente[s.* u. 1 Premerstein, 2,3 ego suppl.

1 in. archetypus fuit B. 622 *sede sub hac recubat.* 2 *-que* pro *cum* cf. Verg. Aen. II,692. *necdum [unus satis deflet]us rapt[us alter super]stes* Premerstein proposuit. 3 *tamen Christi propagatur in aula* Cholodniak suppleuit.

261

. . . ides . . . . .
. . . as ac pot . . . .
. . magnificat domi[num . .
. . sic aula dei sic . . .
. . gl]oriosus hom[o . . .

CIL. VIII 20912 descr. Gsell. in pauimento operis tessellati cubiculi cuiusdam ad baptisterium Tipasitanum pertinentis. eiusdem pauimentis alias particulas quinquaginta tres

inuenit Gsell, qui edidit Mél. XIV 1894 p. 370. carmen dactylicum fuisse uidetur.

1 nomen latere puto. 2 . . *a sac(ra) pot(estas)* Monceaux Revue archéol. 1906 t. 8 p. 304.

262

. . . . . . . .
. . latiae pollens . . .
. . deras nulla doc[trina .
. . nunc praecipuu[s . .
. . erat tantae indo[lis. .
. . si teneram firma . .
. . le discent . . .
. . . . . . . .

CIL. XIII 2434 contulit Hirschfeld. AL. Cholodniaki 1185 k. fragmentum tabulae marmoreae Lugduni in crypta S. Irenaei.

1 *terrae tu*] *Latiae* Cholodniak. 2 *condi*]*deras* Cholodniak.

263

Ad ma]nes raptum tegit [arca et] carmena [monstrant,
antra] puellaris quae [aetas ten]ebros[a reuisit.
Aste]riane, tuas d[eponi]s n[obilis artes,
numine qui infausto] liqu[isti luminis oras.

CIL. III 12854 descr. Jelić. AL. Cholodniaki 1169 a. fragmenta quattuor eiusdem tituli rep. Salonis in coemeterio christiano. fragmentum unum edidit Buecheler n. 1682. suppleuit Cholodniak.

3 *Vale*]*riane* Jelić.

264

*A*

Accia uel Maria est nomen mihi Tulliana,
Victorinus auus, quo tantum rhetore Roma
enituit, quantum noster sub origine sanguis.
bis nonam carptura rosam mihi decidit aetas,
heu dolor, et uernum maculauit funus Aprilem.

nullus inoffenso uitae mihi tramite labsus,
mens morum matura bono nil debuit annis.
coniugii scit cara fides heresque maritus,
rite quod aeterno migrarim dedita Christo,
emeritamque ferat melior mihi uita coronam.
haec omnia facta pie curante marito
Artorio Iuliano Megethio u(iro) c(larissimo).

*B*

Haec pater insonti filiae suprema peregit.

CIL. VI 31934 ex schedis. fragmentum edidit Buecheler n. 599 ex CIL. VI 30130. AL. Cholodniaki 1133 b. 987 b. rep. Romae. A adscriptum habet *d(epositio) IIII Id. Apr.*, B subscriptum *d(epositio) Tullianae iun(ioris) Kal. Sept.* Marius Victorinus rhetor celeberrimus sub Iulio Constantio floruit (cf. Koffmane de Mario Victorino, diss. Vratislau. 1880.)

A 5 iungendum puto *heu dolor*, ut saepe. *dolor et funus* iunxit Cholodniak. 7 interpretatur Cholodniak: mens bono morum i. e. bonis moribus matura annis nil debuit. 11 in. metrum compleas *haec sunt omnia.* 12 carmen excedit.

B elogium filiae Acciae Mariae Tullianae et Artorii Iuliani Megethii post matrem mortuae.

## 265

H]anc sedem [mortis sibi] consecrauit . . .
q]ui meruit [semper memorari] quae bene[f]a[cta
m]ens deuota d[eo c]onseruans [nomen in aeuum
. . gitor prum. . . . mque dec . . .
. . . sse uirtu. . . [r]egna tu[a . . .
. . . . . gent. . . . . icoi . .

CIL. XIII 2629 descr. Hirschfeld. Chalon in museo. fragmentum marmoreum tituli christiani litteris saeculi quinti. suppleui.

1 in. cf. B. 460, 574. Chol. 829 a. *mortis* aut *uiuus.* in fine nomen defuncti desideratur. 2 *bene[f]a[ct.* . Hirschfeld »sed ante *a* punctum adesse uidetur«; quod ipsum fortasse superest ex lineola media litterae *F.* 3 *conseruans nomen* cf. B. 751,6. 4 initio uersus desideratur uerbum quoddam ut *fecit* sim.

## 266

. . . praeco
. . . t suae uxori
. . . me]ruit de me
. . . l]aude hospes
. . . turam quei
. . . se]mper

CIL. XI 3356 descr. Gamurrini. AL. Cholodniaki 276. Blerae. suppleuit Bormann. hexametri fuerunt.

2 *feci]t* 5 *non peri]turam* 6 *memorabitur se]mper* Cholodniak.

## 267

Ales, homo, nume(n), | uirtus et gloria pal(mae),|
Romuleis praepes uirgo | fecunda tropeis
sic stetit, ut Romam uic|tus cognosceret orbis;|
omine quo residens | metum, dolos, iurgia uincas |
et comitatus agas prouectus | gaudia, palmas.

Recueil des notices de la soc. archéol. de Constantine 1901 p. 262 descr. Vars. in basi calcaria Timgad reperta. litteras aetatis infimae ait Vars. ad alteram partem saeculi quarti referunt Dautremer Revue de philol. 1902 p. 222 et Gsell Bull. arch. du comité des travaux hist. 1902 p. 314. fuisse basim statuae Victoriae honori magistratui cuidam positae ex titulo apparet. instauratum esse uictoriae monumentum post Maxentium a Constantino rebellatum a. 311, cum ubique per Africam renouata post tyranni saeuitiam pax celebraretur, putat Bianchi Studi Italiani di philol. class. 1910 p. 73 collatis titulis B. 278, CIL. VIII 7005-7010, 18261.

2 *Romuleis tropeis* cf. n. 100,8. *praepes* »qui uolat ante uictores« Vars. 4 *metum* prima syllaba producta. *dolos* ultima correpta. 5 comitentur te, cum proueheris, gaudia palmae.

## 268

Effigiem c[arae tibi con]iugis, Albula, p[ono
puros quod]| uoltus tu dea [restituis, |
quos ego descri[psi pu]|ro fulgente m[etallo |
et compos uoti n[umi|nis auxilio |

uiri]bus ecce tuis pos|[ca]que salute co[orta |
dono tibi] nymph[ae | coniugis] eff[igiem.

Not. d. sc. 1902 p. 113 ed. Borsari. Ephemeris epigr. IX p. 480 n. 927. fragmentum tabulae marmoreae rep. ad aquas Albulas. Engelmann, qui uidit una cum Huelseno, suppleuit Jahresh. d. oesterr. arch. Inst. 1906, Beiblatt p. 55 sq.

1 ex. *p* certo legi posse Engelmann adfirmat; *l* Borsari, qui *lympha* fuisse cogitat. 5 de posca a medicis adhibita cf. Cels. IV, 5 fin.; Plin. N. H. XXVII, 12,1; XXVIII, 14,3; Scribon. comp. XLVI. 6 *nymp* et summam primam litterae *h* hastam legi posse ait Engelmann; *MP*\ Borsari. *EKE* uel *EFF* Engelmann, TFT Borsari.

## 269

Cum primum | ueni Monta|nis et numina | uidi,
deabus | uotum uoui, | ut potui, pos|[u]i. |

Mém. de la soc. des antiqu. de France 1899 p. 365 ed. Poinssot. rep. Kutlovitza. subscriptum *Mallia Aemiliana domo Roma fr[u]mento [p]ublico cum fili[o] suo m(onumentum) restitui[t.* *frumento publico* obscurum, cf. Poinssot l. c.

1 *Montanis* metrum turbat. *Montanis* pro accusatiuo loci positum puto; cf. per analogiam exempla *in* praepositionis pro accusatiuo ablatiuum casum regentis Diehl de *m* finali epigr. p. 74; 77. *Montana* si substituas, numeris iustis currit hexameter. *Montana*, quamquam ignotum hoc nomen, sine dubio urbs regionis Montanensium (cf. Kiepert F.O.R.). ad formam Poinssot confert *Cupra Montana* urbem Piceni. 2 *ut potui posui* cum sit clausula pentametri, non est dubium, quin distichon uoluerit scriptor. fortasse *deabus* per synizesin legendum. quibus deabus monumentum dedicauerit Mallia Aemiliana, incertum.

## 270

Ius ad iustitiam reuocare aeq(u)umque tueri
Dalmatio lex est, quam dedit alma fides.
bis sex scripta tenet praetorisque omne uolumen,
doctus et a sanctis condita principibus.
hic idem interpres legum legumque minister
quam prudens callet tam bonus exequitur.

multis pro meritis, Valeri, iustissime rector,
        multis pro meritis haec stat imago tibi,
quam positi longe testantes publica uota
        usque procul patriae mittimus in gremium.
hinc praefecturae summos uen(e)ramur honores,
        hoc te gaudentes omine prosequimur.
quisquis scire uolet, quorum celebreris amore,
        ille hoc indicium sumserit ex titulo:
Dalmatio posuit prouincia Lugdunensis
        tertia patrono grata clienta suo.

Sitzungsberichte der K. Preuss. Akad. der Wissensch. 1902 p. 836 sqq. descr. Mommsen. tabula aerea rep. Idahof prope Magyar Boly. saeculo quinto ineunti adtribuit Mommsen. elogium in honorem Valerii Dalmatii rectoris prouinciae cetera ignoti a prouincia Lugdunensi tertia in patria, probabiliter in domo Valerii una cum imagine positum, cum prouincia decessisset.

3 *bis sex scripta* leges XII tabularum, ius ciuile. *praetoris uolumen* ius praetorium. 4 *a sanctis condita principibus* constitutiones imperatorum; cf. Iust. II, 10, 3 *paulatim tam ex usu hominum quam ex constitutionum emendationibus coepit in unam consonantiam ius ciuile et praetorium iungi*. uide Mommsen l. c. *condita* cum uocabulo q. e. *doctus* recte coniunxit Hirschfeld comparans Hor. Carm. III, 8, 5 *docte sermones utriusque linguae*. 11 sq. optant prouinciales, ut ad summos praefecturae honores perueniat Valerius.

271

Cerne salutiferas sp[lendent]i marmore Baias,
        q]ui calidos aest[us tin]gere quaeris aquis.
hic ubi Vulcano Ne[rine] certat amore,
        nec necat unda f[aces, n]ec nocet ignis aquas.
gaude operi Gebam[undiac]o, regalis origo,
        deliciis sospes ute[re cum] populo.

fragmenta duo Tunete rep. tituli thermis destinati, cuius partem dextram Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1894 p. 233 sq. ed. Gauckler = B. 1754, sinistram Bull. de la soc. des antiqu. de France descr. 1907 p. 133 sq. Gauckler et Monceaux,

Comptes rendus de l'acad. des inscript. 1907 p. 790 sqq. descr. Gauckler. litterae saeculi sexti ineuntis. Flauium Felicem poetam titulum fecisse putat Gauckler, qui suppleuit. thermas faciendas curauit Gebamund regii generis, qui sine dubio idem est ac Gibamund ille, quem memorat Procop. de bell. Vandal. I, 18 p. 388; 19 p. 390 sq. (ed. Haury).

1 *Baias* = thermas, cf. Cic. pro Cael. 16; 38. Tibull. III, 5,3. 2 *tingere* Riese Anth. lat. 212,11 *his Thrasamundiacis properet se tinguere thermis* Gauckler comparat. *mergere* Engelmann proposuit. *tingere* idem esse ac *extinguere* putat Bianchi Studi Ital. di philol. class. 1910 p. 72 comparans Ouid Rem. amor. 700 I

3 *Neptunus* Engelmann, sed recte monet Gauckler propte- uerba sequentia aptius esse nomen deae. 4 *facem* Huelsen. *nocet aquas* cf. Phaedr. IV, 19,4. 5 *Gebamundiaco* confert Gauckler *Thrasamundiacis* (uide supra).

## 272

Spes in [nom(ine) d]ei! | per te, Nu[b]el, | ista uidemus. |
firme possideas | cum tuis! b(onis) b(ene).

CIL. VIII 9011. rep. Beni-Aïcha. distichon uoluisse, qui composuit, uidit Gsell, qui suppleuit Recueil des notices de la soc. arch. de Constantine uol. 36, 1903, p. 28. agitur de castello, quod communiuit Nubel.

1 in. cf. Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1900 p. CLXXXVI. 2 *firme* = *firmiter*, sed recte monuit Gsell alludi etiam nomini Firmi filii Nubelis.

## 273

. . . . . . . co[nt]inet u[num
. . . . . . dei [u]ot[a] i[uuabit
. . . . . . l]aude trium[phat
. . . . uotum cum c]oniuge complet
et merita gauden]s ex[sul]tat laude Serenus.

Gavault Étude sur les ruines romaines de Tigzirt, Paris 1897, p. 50. Tigzirt in opere musiuo basilicae. suppleuit Monceaux Revue archéol. 1906 t. 8. p. 136.

274

. . . . . . . .
. . . . . . . meruit
. . . . . . . honoris
. . . . . . is Marius
. . . . . . i suscipit olim
. . . . . . neris nam sum
. . . . . d]ispensiq(ue) laboris
. . . . . ibus obsequio studio.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1909 p. CLXX descr. Merlin. rep. Sbeitla. distichorum esse reliquias e uu. 2, 8 apparet.

275

Diuersi diuersa patres, s[ed hic] | omnia dixit
Romano eloqui(o) | mystica sensa tonans.

Not. d. sc. 1900 p. 218 ed. Marucchi. Romae in aedicula quae uocatur Sancta Sanctorum infra picturam saeculi quinti uel sexti, qua depictus est homo togatus librum manu tenens, quem S Augustinum putat Marucchi.

1 expleuit Duchesne Comptes rendus de l'acad. des inscriptions 1900 p. 381. (*i*)*s*(*te*) Marucchi. 2 *eloqu*[*io*] *mystica*<*s*> *sensa* Mélanges d'hist. et d'arch. de l'école franc. de Rome 1900 p. 279.

276

Aedilem Proculam cunctorum turba probauit.
hoc pudor ingenuus postulat et pietas.

CIL. IV 7065 descr. Mau. Pompeis in pariete eleganter scriptum. post *Proculam* erasae sunt litterae *cr.* agitur de P. Paquio Proculo, ad quem pertinet titulus CIL. IV 1122 *P.* [*P*]*aquium Proculum II uir. i. d. d. r. p. uniuers*(*i*) *Pompeiani fecerunt* al. iuxta titulum legitur CIL. IV 7066 . . . *bauit hoc pudo . . . us postulat et pietas.* u. 1 *Proculam* pro *Proculum* errore scriptum putat Mau. contra Zottoli Rendiconti dell' accad. dei Lincei, class. moral., 1908 p. 555 sqq., Atti dell' accad. di arch. di

Napoli 1910 p. 205 sq. censet forma nominis feminili, quam de industria scripsisse poetam recte ait, P. Paquium Proculum pathicum fuisse indicari et uerba pentametri per ironiam scripta esse.

certe conscripsit epigramma inuidus quidam, ut Proculo obtrectaretur, qui eum magistratu indignum Proculam ut mulierculam non uirum appellauit

2 ad uerba q. s. *hoc pudor ingenuus* conparat Hosius Berl. phil. Wochenschr. 1910 p. 1282 Prop. II, 24, 4; Catull. XLI, 79; Iuuen. XI 154.

277

Si pudor in uitá quicquam prodesse putatur,
    Lucretius hic Fronto dignus honore bono est.

CIL. IV 6626 descr. Mau. Pompeis pictum.

1 *quicquam prodesse* confert Huelsen uersum Ennii apud Festum p. 333 M *spero si speres quicquam prodesse potis sunt.*
2 tolle *hic*. *Lucretius* trisyllabum legendum. *dignus honore bono* »debebat haud dubie poeta Frontonem honore i. e. aedilitate dignum dicere; quod cum parum intelligeret, honore bono i. e. bona existimatione eum dignum praedicauit« Mau. cf. titulum CIL. IV 6625 ibidem manu eadem scriptum *M. Lu]cretium Frontonem aed(ilem) uicini rogamus,* 6613 *M. Lucretium Frontonem aed. d. r. p.*

278

Caesaris Augusti femina mater erat.

CIL. IV 6893 descr. Mau. Boscotrecase rep. extat Pompeis. pentameter.

279

Quae paruis máter nátis alimenta | parabat,
    fortuna in patrios uertit | iniqua cibos.
aeuo dignum opus est. | tenui ceruice seniles,
    asp[ice, ia]m | uenae lacte re[plente tument.
incerto]q(ue) simul uoltu fri(c)at ipsa Miconem
    Peró: tristis inest cum pietáte pudor.

CIL. IV 6635 descr. Mau et Sogliano. Pompeis in aedibus M. Lucretii Frontonis in pariete cubiculi in pictura, quae

repraesentat Pero in carcere Miconem patrem lacte suo nutrientem. epigramma Pompeianum descriptum censuit Wick ex carmine, quod conscripsisset poeta non ignobilis uel Ouidi aequalis uel paulo inferior aliud quoddam forsitan primum ipsum exemplar Pompeiana sane rudi pictura praeclarius admiratus. de fabula cf. Valer. Max. V, 4 ext. 1; Hygin. fab. 254.

3 *opus* = pictura, ut recte monuit Wick; cf. *artis opus* B. 332; factum Perus significare putat Mau. 4 *aspice iam* Mau; *aspice iam ut* Wick Atene e Roma 1905 p. 211 sqq., Atti della reale accad. di archeol. di Napoli 1908 p. 212 sq. qui *ut* se legere ait, quod extare negat Mau; *aspice quam* Engelmann Jahresb. d. philol. Vereins 1904 p. 281. ex. suppl. Buechelero pracedente Mau, qui *re* se legere credit; *me* legi posse adfirmat Wick, qui suppleuit *meante micant; bibunt auidae* Amatucci Rivista di stor. ant. 1903 p. 31; *dato tumeant* Engelmann. 5 suppl. Mau, qui posse etiam fuisse *ambiguoque* uel *ancipitique* monet; *admotoque* Wick, qui adfirmat . . *otoq* legi, quod negat Mau; *languentemque* Buecheler; *leni maesta* Amatucci. *fri(c)at* mulcet, coniungendum cum *uoltu.*

280

Quo bibet pelexs, ossa [c]inisque tegunt.

CIL. IV 6825 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum.

*pelexs* = *paelex* legi ex apographo, quod dedit Mau non expediens. ad terrae motum anni 63 uel etiam ad urbis excidium a. 79 spectare titulum putat Sogliano Not. d. sc. 1906 p. 346 sq., fortasse recte. quid enim *ossa cinisque tegunt* in pariete Pompeiano?

i. e. locum ubi. i. bibit. initium pentametri male currit. an legendum *bibiit* (scriptum enim est BIBIIT), quod pro tempore perfecto anomale ficto habeas? an *uiuet* = *uiuit* pro *uixit*?

281

Fa]ta Iouem superant id . . . .
f]ata trahunt urbés s . . .

Not. d. sc. 1907 p. 685 ed. Vaglieri. Ephem. epigr. IX p. 440 n. 763. Praeneste rep.

1 *id[eoque ea summa uocantur* suppleuit Engelmann Berliner philol. Wochenschr. 1909 p. 542. 2 *s[eu bona siue mala* Engelmann.

282

Inuide, qui | spectas, he|c tibi poen|a manet.

Röm. Mitt. 1904 p. 152 ed. Huelsen. lapis tiburtinus rep. Praeneste. praescriptum *s]tatio loc . . . felix [T]utela, Her[c]ules, Fides, Fortuna hic.* pentametrum ad fascinum supra uel infra titulum in pariete stationis positum pertinere Huelsen putat conlatis titulis Ephem. epigr. III p. 137 n. 111, CIL. VIII 11683. cf. Priap. 69.

*poena manet* cf. Tib. I, 8,77. Priap. 13,2.

283

Quisquis amat nigra(m), nigris carbonibus ardet;
nigra cum uideo mora libenter aedeo.

CIL. IV 6892 descr. Mau. graphio scriptum Boscotrecase rep. nunc extat Pompeis. u. 2 *nigra(m)* uulgo. »se nigras puellas omnino timere et aduersus eas mora edere solere tamquam amuletum fassus est» Wick Atti della reale accad. di archeol. di Napoli 1908 p. 224 sq. Mau autem ita interpretatur Röm. Mitt. 1908 p. 267: nigram puellam, cum uideo, amo uelut mora nigra libenter edo. contra Zottoli Atene e Roma 1908 p. 357 sq. *mora libenter edo* idem esse ac *puellam nigram libenter amo* putat ad uerbum q. e. *edere* conferens Apul. Met. VIII, 26 *heus, aiunt, caue ne solus exedas tam bellum scilicet puellulum,* Lucil. fragm. satyr. IV, 179 sq, *adsequitur nec opinantem, in caput insilit, ipsum conmanducatur totum conplexa comestque,* Plaut. Curc. I, 1,45 *minus formida ne exedas,* Plaut. Asin. II, 2,71 *ubi is homost? iam deuorandum censes, si conspexeris,* Mart. VII, 67,1 sqq. *paedicat pueros tribas Philaenis, et tentigine saeuior mariti undenas uorat in die puellas.* ue *Nigram* nomen proprium potius putandum ait Zottoli, qui alias quoque interpretationes proponit: 1) *nigram* u. 1 = falsam, perfidam: quamuis quisquis nigram i. e. perfidam puellam amat nigris carbonibus ardeat, nigram (Nigram) tamen cum uideo, libenter amo. confert ad hunc sensum huius uocis Cic. Caecin. 10; 2) alludi uoci q.e. *carbo* = carbunculus, cf. Seren. Sammon. XXXVIII, 718 in P. L. M. Baehrens III, 120 *horrendum magis est perimit quod corpora carbo,* Plin. N. H. 26,5, Cass. Fel. 22 ed. Rose: quisquis nigram amat, nigris carbonibus (sensu proprio) ardet, cum nigram (Nigram) uideo, mora, quibus carbunculi persanantur, libenter edo. putat enim iam antiquis temporibus

uelut hodie contra hunc morbum uulgus hoc remedium adtulisse; 3) quisquis nigram puellam amat, amat aliquid tam uile quam carbones; confert Phaedr. V, 6,6 *carbonem, ut aiunt pro thesauro inuenimus.* quarum interpretationum nulla mihi placet. haud scio an legendum sit *nigra* ultima producta cum uocabulo q. e. *mora* iungendum, ita ut sententia sit: quisquis amat nigram, omnino perditus est; sed ego, cum nigra mora uideo, libenter edo i. e. puellam nigram ne amem caueo; mora autem nigra nempe matura libenter edo. *nigra* u. 2 metro minus aptum propter deformatum *aedeo* = *edo* fieri posse ut scripserit poeta credo. an corrigendum *nigra at cum uideo*?

## 284

Contineat semper florere Sabina,
contineat, | formae sisque

Not. d. sc. 1910 p. 407 ed. Spano. Pompeis graphio scriptum. distichon facere uoluisse qui scripsit puto. hexametro deest pes unus.

1 *contineat florere* scriptum puto pro *contineat florem* scil. *iuuentae*, i. e. *pergat semper florere.* 2 ex. fuitne *formae sisque* [*mihi eximiae.*

## 285

Si quis non uidi(t) Venerem, quam . . . .
pupa(m) mea(m) aspiciat, talis et c . .

CIL. IV 6842 descr. Mau. Pompeis graphio scriptum. in fine tectorium periit.

1 ex. post *quam* esse litteras *na* uel *pin* notat Mau Röm. Mitt. 1908 p. 263 suppleuitque *quam pinxit Apelles.* 2 ex. *talis et illa nitet* proposuit Mau.

## 286

. . . . dolete puellae,
pedi|[cat] . . cunne superbe, uale
Ampliatus toties . . . .
. . . . . . .
. . scribet toties uenit . .
hoc quoque fututui futui . .

carbine . negate . locoru (?) car
hic . . . . .
. re careas meo . . .
. ara . . . . .

CIL. IV 3932. Pompeis carbone scriptum lectu difficillimum descripsit Mau. nunc prorsus euanuit.

3 *Ampliatus* cf. alios titulos ibidem scriptos e. g. CIL. IV 3942. 7 fuitne *cardine*?

287

Felix ut iste lego.

CIL. XIII 3062 ex editis. opus musiuum rep. Mienne. inscriptum in clipeo, quem duo genii alati sustinent. praescriptum *ex officina Ferroni.* dimidium paene pentametri.

288

D(ic). ro(go). [q(ui)] | tra(nsis): sit t(ibi) [t(erra)] | leuis.

CIL. II 2567. AL. Cholodniaki 6. rep La Coruña. praescriptum *d*(*is*) *Ma*(*nibus*). *Ti*(*berius*) *Pos*(*tumius*) *Maternus Maternus Rusti*(*e*) *Flauie uxsori pientissimae annor*(*um*) *XXXIV*.

idem pentameter refertur in titulo CIL II 369, paulo pessumdatus CIL. II 540, 970, 1291, 1388, 1415 *te rogo praeteriens dicas: s. t. t. l.*, II 1229 *te rogo trans*[*gr*]*e*[*d*]*iens dicas:s t. t. l.*, II 952 *si quis es praeterie*(*n*)*s, lege: s. t. t. l.*, II 1126 *hic, qui leg*(*i*)*s, di*(*cas*)*: s. t. t. l.*, II 1463 *d*(*ic*), *q*(*ui*) *l*(*egis*)*:s. t. t. l.*

289

Dicite, qui | legitis: s(it) t(ibi) t(erra) l(euis).

CIL. II 1512 descr. Huebner. AL. Cholodniaki 1211. rep. Astigi. praescriptum . . *ensis anno LI. h. s. e. s. t. t. l. Rustica Caccossae f. ann. LXXII h. s. e.* idem pentameter refertur in titulo CIL. II 1487 ibidem reperto, ubi tamen pro *tibi* legitur *uobis* errore exortum; namque uni solo dedicatur titulus.

290

Tu quicumque legis,| sit tibi suauite[r.

CIL. VI 35979 descr. Huelsen et Bormann. AL. Cholodniaki 1255d. tabula marmorea originis, ut uidetur, urbanae extat Florentiae in museo Mediceo. praescriptum *Octauia Apro uicsit anis XXII.* pentametrum paene iustum esse monet Cholodniak sed fuerit forsitan archetypus senarius *sit suauiter tibi, quicumque legeris,* cf. B. 132, 2.

291

Pro meritis parum, pro facultáte satis.

CIL. V 4018 contulit Mommsen. AL. Cholodniaki 47. Veronae. praescriptum *Septumiae L. l. Seuerae L. Poblic(ius) Abascant(us).* pentametrum uoluisse, qui composuit, Cholodniak putat recte fortasse

292

Hic reliciae | Pelopis: sit | tibi terra | lebis.

CIL. VI 4999. AL. Cholodniaki 1231. Romae. pentametrum restituas *relliciae hic Pelopis* eqs.

293

Fabrus, quas potuit, carissime, d[ebito honore
pauper et exiguus reddidit infe[rias.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1900 p. 92 ed. Gauckler. lapis calcarius Haïdra rep. praescriptum *Epithym[etus S]er. Corneli Cethe[gi] proco(n)s(ulis) ser(uus) hic sit[us est]. uixit ann. X . . .* Ser. Cornelius Cethegus proconsul Africae ignotus est. quidam Ser. Cornelius Cethegus consul fuit una cum L. Viselio Varrone anno 24. suppleui.
1 *Fabrus* nomen ignotum.

294

Si non fatoru]m praepostera iura fuissent,
mater in hoc] titulo debuit ante legi,
quae rogat, ut di]cas aetatis tempore motus:
terra sit haec, La]eta, non honerosa, precor.

si semper iusto decur[reret ordine fatum,
ossa forent matris ia[m hoc sita sub titulo.
at tu praeteriens cine[res consiste, uiator,
et tua, dicit(o), opto mo[lliter ossa cubent.

CIL. VI 36553. AL. Cholodniaki 1255 c. Romae. praescriptum . . . S]*ex* . *f* . *Laeta uixit annos X menses V* . . . , subscriptum . . . *Pr*]*ima mater misera in suo fecit.* uu. 1—4 in parte sinistra, 5—8 in parte dextra lapidis incisi sunt. supplentur uu. 1—4 ex. B. 1480, ceteri ex sententia. 4 *Laeta*(*e*) Cholodniak. 6 *iam tumulata meae* Cholodniak suppleuit, sed ueri similius est in lapide fuisse quae supra dedi, quae bene quadrant ad u. 2, ita ut u. 5 *fatum* suppletur ex u. 1. 7 cf. B. 1007, 1 sim. cf. etiam B. 1482, cuius carminis u. 3 forsitan consutus est e disticho tali, quale supra uu. 7, 8. *cineres miserere iacentis* Cholodniak. 8 cf. B. 1458, 1. *dicit*(*o*) ego conlato titulo B. 1797, quamuis metrum paululum turbet. an *dicit* pro *dic* errore scriptum lapicidae cui in mentem uenerunt formulae usitatissimae *dicite, dicat* sim.?

## 295

Quot decuit natam matri patrique | parare,
hunc titulum miserae | fecit uterque parens.

Not. d. sc. 1897 p. 327 ed. Nervegna. Brundisii. praescriptum *d. M. Erycia C. l. Oecumene u*(*ixit*) *a*(*nnum*) *I m*(*enses*) *XI*, subscriptum *h*(*ic*) *s*(*ita*).

## 296

Daphnis ego Hermetis coniunx sum libera facta.
cum dominus uellet primu(s) Hermes liber ut esset,
fato ego facta prior, fato ego rapta prior;
quae tuli, quod gemui, gemitus uiro saepe reliqui,
quae domino inuito uitam dedi proxime nato.
nunc quis alet natum, quis uitae longa ministrat,
me Styga quod rapuit tam cito eni(m) a superos.

Bull. de la soc. des antiquaires de France 1896 p. 347 descr. Delattre et Cagnat. rep. Carthagine. subscriptum *pia uixit annis XXV h*(*ic*) *s*(*ita*) *e*(*st*). uersus paulum pessumdati sunt.

1 nempe morte. 2 *primu(s)* ultima syllaba tota eliditur. an legendum *primu(m)*? 4 sententiam hanc esse putat Cagnat: quae casum perpessa sum lacrimandum, gemitus uiro reliqui; i. e. de morte dictum. de puerperio dictum censeo. *saepe* cf. Löfstedt Beitr. p. 43 sqq. *gemui*, quod propter uocem sequentem q. e. *gemitus* errore ortum putat, in *genui* corrigendum proposuit Bianchi Studi Italiani di filol. class. 1910 p. 71. 5 *domino inuito* ablat. 7 *Styga* nomin. ad primam aeuo inferiore saepe relata sunt nomina tertii declinationis, cf. *a capita* B. 1830, 7. *diploma*. 484, 3 *a superos* cf. Diehl de *m* finali epigr. p. 12 sqq. *a(d) superos* Bianchi, non recte.

297

Abrepti fratris | cognató sanguine iúnctus |
reliquiás Fuscus | condidit in tumulum.

CIL. VI 34866. AL. Cholodniaki 655 d. Romae tabula marmorea. praescriptum *Ti. Claudius Corinthus.*
2 *reliquias* prima syllaba producta, ut haud rare in carminibus epigraphicis. debuit *l* geminari.

298

Nato, quem pe]peri qu[ondam, mater misera haec do
munera pa]rua qui[dem, sed data mente pia.

CIL. III 12504 ad ectypum. AL. Cholodniaki 1340 c. Küstendsche rep., nunc extat Bucaresti in museo. suppleui.
1 ex. 2 in. cf. B. 1214, 11. potest etiam fuisse hexameter *munera parua quidem pretio sed honoribus alma* cf. B. 898, sed malim distichon.

299

Hanc sedem mortis str]uxit sibi uiuus amicus,
qua nunc [officio conditur ipse meo.

CIL. III 12408. AL. Cholodniaki 829a. Nedan. subscriptum *M. Aurel. Mucianus uet. ex bf. leg. leg. I Ita(licae)....* *Muciane fil. eius et Aurel. Dizze uet. fratri fec.* suppleuit Cholodniak.
1 *oua* lapis.

300

Tam bene reliquias n(ostras) hoc ui[le sepulcrum
condet et haec] | n(ostris) manibus aedis erit,
quam ben[e caelum animus petet et pul]cherrimus ille
clarificat Man[es perpetuusque dies.

CIL. VI 35554 descr. Gatti. AL. Cholodniaki 987 r. Romae tabula marmorea. praescriptum *d. [M]. C. Iulius Facu[ndus et Iu]lia Chrysopo[lis Primi]tiuo coniugi [et patri] q(ui) u(ixit) a. XL et sibi f(ecerunt) et suis et lib(ertis) li[bert. pos]terisq(ue) eorum.* suppleuit Buecheler.

1 *n(on) hoc ui[uorum opus ornat* Cholodniak. 2 *congrua tam bene] n(on)* Chol. 3 *be[ne post obitum iuuenis pul]cherrimus* Chol. 4 *Man[es ipse sua specie* Chol.

301

Sint tibi placati manes et tuta quiescas. |
terraque securae sit super ossa leuis.

CIL. VI 34397a descr. Visconti. AL. Cholodniaki 1255 a. Romae tabella columbarii litteris elegantissimis. praescriptum *Annaea Ɔ. l. Dipoena hic est condita sed non sine lacrumis, Stepane, tuis.*

302

Te lapis optestor le[uiter super]| ossa residas,
ne n[ostro officio] | condita laedatu[r.

CIL. VI 35386 ex schedis. AL. Cholodniaki 1255 b. Romae in uinea Perucchi extra portam Pincianam fuisse testatur Giorgi. praescriptum *ossa Gr. . . .* subscriptum . . . *feci coniunx m[aritae meae(?)quae] uixit mecum pl[us minus ann . . .*

2 detorsit scriptor, ut hiatum euitaret, uersiculum obuium B. 1474 *ne nostro doleat conditus officio.* qua re tamen spondeus secundi coli euitari non poterat.

303

Te, lapis, obtestor, leui[ter super ossa quiescas, |
ni tenerae aetati ian grauis esse[ uelis.

Not. d. sc. 1897 p. 406 ed. Correra. Lecce. praescriptum *Siluanus ueticator fi. Claudicaei l. u*(*ixit*) *a*(*nnos*) *XXX. h*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*). carmina similia uide B. 1470 sqq.

304

Et te, terra, precor leuiter iaceas] super ossa,
sentiat ut pietas praemia] quae meruit.
et quiqumque suis sincere p]raestat honore(m),
felicem cursum perferat a]d superos.

CIL. VI 36048 descr. Gatti. AL. Cholodniaki 1255 e tabella columbarii rep. Romae prope S. Adriani. praescriptum . . *es l. . Paris. . . XXVI.* u. 1 suppleuit Buecheler Rhein. Mus. 1901 p. 155, ceteri ex carmine B. 1048 explentur.

1 *super ossa* uersum finiunt etiam B. 1315, 1.

305

Tu, qui tendis iter propera]tim siste parumper,
si graue non animost, fataq]ue acerba lege.
. . . . proces]sit in annos.

Not. d. sc. 1907 p. 128 descr. Vaglieri Ephem. epigr. IX p. 390 n. 631. Cività Lavinia. praescriptum . . *Anicetus,* subscriptum uno uersu intermisso . . *cus* . . *iens* . . *ta.*

uu. 1, 2 suppleui ex carmine B. 1537.

3 *ter senos aetas mea cum processit in annos* B. 1537. sed hic uersus quoniam carmen finire uidetur alio quodom modo explendus est. pro *cum* substituerim *uix* sim. initio alii numeri cogitari licet, ut *bis denos, ter denos, quadraginta* sim.

306

Mater cum gnata | iaceo miserabile fato,
quam | pura et una dies detul[i]t atr[o] | cinere.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1908 p. CLVI descr. Thiers et Héron de Villefosse. stele rep. Narbone. praescriptum *M. Careius M. f. Asisa Bisio uiuos sibi fecit et Careie Nigellae et Careia*[*e*] *M. f. Tertiae anor*(*um*) *VI.* supra titulum molae effigies. *Asisa* cognomen defuncti, *bisio* = molitor Thiers. uocabulo *Asisa* patriam defunti indicari, *Bisio* cognomen putat Héron de Villefosse. distichon pessumdatum.

1 i. miserabili. 2 *pura et una* i. e. una eademque. pentametrum restituas *quam una et pura dies funere atro rapuit.*

307

Nondum bis denos annus compleuerat annos.
tristia praetulerunt cum mihi fata necem.
discit[e], mortales, in spem non uiuere longam;
uti quod uoluit tempore, tempus abet.

CIL. VI 33395 descr. Gatti. Amer. Journ. of Philol. 1910 p. 40. AL. Cholodniaki 1133 d. rep. Romae. praescriptum *Ephyre Cestiliaes uestispica Pini lib.* 1 *annus* pro uocabulo q. e. *aetas*, cf. B. 965, 11. 2 *praetulerunt* i. e. praemature adtulerunt. ad hunc uerbi sensum nouum conferas Stat. Theb. VI, 476 *praetulit* (= *adtulit*) *opem.* 3 *disciti* lapis. 4 cf. B. 965, 10 *ut*[*i*] *quae uolui tempore, tempus habet.* intellegendum *quod* pro *quo*, *abet* pro *abit* (= *abiit* cf. CIL. VI 28044) scriptum esse. Cholodniak interpretatur: *uti quo uolui*: tempus (aeuum) habet (consumpsit) id tempus, quo uti uolui longius uictura.

308

Quot decuit natam matri patrique | parare,
hunc titulum miserae | fecit uterque parens.

Not. d. sc. 1897 p. 327 descr. Nervegna. lapis marmoreus Brundisii repertus. praescriptum *d. M. Erycia C. l. Oecumene u*(*ixit*) *a*(*nnum*) *I m*(*enses*) *XI*, subscriptum *h*(*ic*) *s*(*ita*).

309

. . ius ut meritae s . . .
. . con]iugis et tellu[s . . .
. . nisi parua fore . . .
. . m cuperem fati . . .

CIL. VI 33674. AL. Cholodniaki 1357 f. Romae. 1 *Tullius securus sit locus optat* expleuit Leo Hermes 1903 p. 312. *poscimus secure membra quiescant* Cholodniak. 2 *tellus sit super ossa leuis* Leo *tellus sit tibi, cara, leuis* Chol. 3 *quod foret mora quam natura relinquit* Leo *forent uiuendi tempora, pro te* Chol. 4 *quam rumpere fila manu* Leo *iam laetus obire diem* Chol.

310

Viue deo, dum fata sinunt, nam curua senectus
te rapit et Ditis ianua nigra uocat.

Suppl. papers of the american school in Rome II (1908) p. 286. Capuae in museo Campano.

1 *curua senectus* cf. Ouid. A. amat. II, 670.

311

Ecce sub hoc titulo sita sunt Sótéridis ossa.
consúmpta inmiti morte sepulta iacet.
nondum bisternós aetas compleuerat annós,
cum iussast nigri Ditis inire domum.
mater quós nátae débébat trádere lúctús,
trádidit hós mátri natá repente suaé.

Not. d. sc. 1904 p. 437 ed. Gatti. tabula marmorea rep. uia Salaria in columbario.

4 cf. B. 1058,6.

312

. . . . . .
. . . . uacere mea
. . . u]erba sepult. .
. . . . . .

CIL. XI 546 descr. Bormann. AL. Cholodniaki 1276. Arimini in bibliotheca Gambalungae. distichorum reliquiae.

1 in. ante *uacere* seruata est hasta litterae *f* uel *e*. *uacere* = uacare, cf. Georges Lex. d. lat. Wortf. p. 717. expleuit Cholodniak hoc modo 1 *quisquis es opto tibi sorte* 2 *iam solito dicas de more haec u]erba sepulto* 3 *infelix iuuenis sit tibi terra leuis*.

313

. . . rcen . . .
. . . ura desso . .
. . . p]ugnis . . .

CIL. III 8845 descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 928. in museo Spalatino. uersuum dactylicorum reliquiae esse uidentur.

2 *desso* uel *disso* trad. supplere conatus est Cholodniak hoc modo:

*hoc tumulo tegitur Pe]rcen[nius, acer in armis;*
*morte inmat]ura disso[ciatus abit.*
*calluerat p]ugnis [populis plaudente corona,*
*[nunc iacet umbra leuis puluis et exiguus].*

## 314

A[d laudes] uo[lui] Celer[e]m te c[res][cere mater.]
ad mortem ingemui [te Celerem misera.

CIL. III 12987 descr. Hirschfeld ad ectypum. rep. Salonis, ubi in museo. subscriptum *P. Gallius Celer Fl(auia) Vi[r . . pa-rentes*(?)]. suppleuit Buecheler.

## 315

. . . degnitas . . . ia defunctis.
. . . . u]itam . [ . . . [h]abes.

CIL. VIII 20298 ex editis. fragmentum tabulae Aïn-Kebira rep. distichon fuisse uidetur.

## 316

N[e cuiquam eueniat casu la]crumare suo[rum!
nat[a] er[a]t hae[c, ut mox orbaret cara] parentes
sp[em dedit et miseris abs]tulit han[c subito.

CIL. III 2638 descr. Mommsen. AL. Cholodniaki 323 a. rep. Clissae. praescriptum m. III d. XXIII. suppleuit Cholodniak.

1 *crure* trad 2 *nathert* litteris *t h* contignatis trad.

## 317

Crescens hic situs est] quondam Pompo[nius ille
qui clu]et in bellis corpo[re et idem animo.
hanc s]edem iuueni [maestus pater ipse parauit.
relliquias cin]eris condidit [ipse gemens.

CIL. III 1391. AL. Cholodniaki 318. fragmenta duo rep. Kéménd. suppleuit Cholodniak.

318

Tu, ] qui cu[rris iter gressu properante, uiator,
ad] trist[es tumulos flecte rogante pedem
. . pen . . . .
. m . . .

CIL. X 762 descr. Kluegmann. AL. Cholodniaki 1268. Surrenti. carmen dactylicum fuisse apparet. supplementa adposui Cholodniaki.

319

. . . . ius
. . . . uitae
. . . r

CIL. VI 33675 descr. Gatti. AL. Cholodniaki 1357 g. Romae fragmentum. ceterorum fragmentorum legitur in uno . . *Bilienus* . . *pheus* . . *lib* . [*uix*.] *annis IX*, in altero . . *ilad* . . *ossid* . .

1 . . . *quid pote flebilius* 2 *parua nimis fructus fuerat qui tempora* 3 *iam cinis in tumulo conditur ipse miser* expleuit Cholodniak.

320

Pectore qu[i uixit semper puroque pioque,
hic situs [est tumulo, molliter ossa cubent.

fragmentum marmoreum Romae ab antiquario quodam emptum extat Gotoburgi apud Vilelmum Lundström.

ab parte superiore et dextra fractus est lapis. superesse ex disticho apparet. suppleui

2 ex. uel *sit tibi terra leuis*.

321

. . . . consiste ui]ator
. . . . . . us

. . . . . . . us
. . . . . . . ti deós
. . . . . . . e amice
. . . . maestus uter]que paréns
. . . . doct]rina pudorq(ue)
. . . . . cipique suo
. . . . diuosq(ue) precatur
. . . . . ter]ra cinisque leuis
. . . . . . III sine fraude

CIL. VI 36657a descr. Gatti. AL. Cholodniaki 846 a. fragmentum urnae quadratae marmoreae rep. uia Ostiensi. distichorum reliquiae. suppl. Buecheler.

1 in. *qui properas ad hunc tumulum* proposuit Cholodniak. 4 *qui coluis]ti deos* Buecheler. 6 suppl. Cholodniak. 7 *tecum doct]rina* 8 *iam perit. at socio muni]cipique* 9 *hunc titulum Dorus posuit* 10 *ut sit defuncto ter]ra* Buecheler suppleuit. 11. . . *u. an.* . . Cholodniak.

322

Speraui, do[lor heu, uitam producere longam,
nil mihi post f]ine(m) est: nil uolo, nil cupio.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1909 p. 111 ed. Ballu. Timgad rep. praescriptum. *. e eius Cornelia Valentin[a] . . . e dulcissimae fecit cui u. . . os adiecit.* suppleui.

323

Hoc monumentum . . ]a uxsor sociata amore
consti|[tuit maerens] ossibus et cineri.

Not. d. sc. 1907 p. 547 ed. Vaglieri. fragmentum marmoreum rep. uia Salaria. inter hexametrum et pentametrum legitur . . *retius . Cn . l .* , infra . . *rgurus* . . suppleui.

1 . . *a* superest ex nomine uxoris. ex. archetypus habuit *coniux sociatus amore.*

324

Ha, euasi effugi. Spes et Fortuna ualete.
nihil mihi uobiscum est. ludificate alios.

Mélanges d'hist. et d' archéol. de l' école francaise de Rome 1905 p. 72 ed. Grenier. rep. Theuestae. archetypum B. 1498 paululum commutauit qui titulum composuit. cf. etiam B. 409, 8. 434, 13 sq.

2 corrige *nil.*

325

. . . . . . . . . ius hic
corp(us) ob | insignem eius pudi|citiam
Telesinus mar(itus) | caro deuinctus a|more
ut potuit po|tius quam ut uolu|it posuit.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1907 p. CCLXXII descr. Merlin. lapis calcarius rep. Henchir-Routitila. disticha pessima.

326

Lect]or, fle casum meum, |[ad]us[que est flere uoluptas.] |
ui]x aedilis [eram], diebus |[nempe] XXX,
m]e [ni|gra mo]rs rapuit et tu|[mula]u[it] a[mo]r.

Boletin de la real acad. de la historia 1907 t. 51 p. 488 ed. Fita. rep. Puzol. praescriptum *Vale]rius L. f. Mar[cell]us an(norum) XXIX h(ic) s(itus) e(st)*, subscriptum *uale.* suppl. Fita.

1 cf. Ovid. Trist. IV, 3, 37 *fleque meos casus! est quaedam flere uoluptas.* 3 pentametrum restituas *mors rapuit nigra et me tumulauit amor.*

327

Iulia C. f. Anulla hic sita est, fato | praerepta nefando,
quam mors | in paruo tempore praeripuit,
quae | iam bis nouenos pariter impleue|rat annos.
dicas pra(e)terie(n)s: s(it) t(ibi) t(erra) l(euis). |

Boletin de la real acad. de la historia 1909 t. 55 p. 363 ed. Fita. rep. Mérida. subscriptum *Andilia C. l. Iucunda annor(um) XXIIII h c s(ita) e(st). sit tibi t(erra) l(euis) et iterum s(it) t(ibi) t(erra) leuis. Iulius Felix Teucri f. d(e) s(uo) f(aciendum) curauit. in agr(o) p(edes) VIIII in fr(onte) p(edes) XII.*

3 *nouenos* paenultima correpta. *pariter* eodem tempore quo morte rapta est.

### 328

Ut primum aetatis complerunt tempora uitae
et genitor fato conditus est tumulo,
protinus inscripsit pietas nomen matrisque patrisq(ue),
ut legerent cuncti genitoris nomina saepe.
hoc decet, ut nati componant ossa parentum
et cineri sedem substituat pietas.

Vjesnik hrvatskoga arheoloskoga društva 1905 p. 172 ed. Vulić. rep. Crna Gora. praescriptum *Agirro Epicadi f(ilio) principi k(astelli) Salthua et Temeiae Glaui f(iliae) fecit Epicadus f(ilius).* propter uocabula *genitor — conditus est* u. 2, *genitoris* u. 4 archetypum fuisse elogium patri a filio (seu filiis) factum recte monet Bormann. fuerunt igitur in archetypo *compleuit* u. 1, *nomen genitoris* u. 3, *parentis* u. 5.

4 archetypus forsitan fuerit pentameter *ut legerent cuncti nomen ubique patris.* *ubique* semper, cf. B. 1168, 10.

### 329

Quae tibi, n]ate, parens supr[ema munera fecit,
accipe], qui fatis concid[is ante diem.
. . . eci . . sine . . pus | . . . . . .
annus cui scidi | . . . miseris.
ipse patrem |, [ut decuit, tumulasses debito honore,
n]i mihi natura, [heu, esset iniqua adeo.

Bull. Dalmat. 1908 p. 81 ed. Bulić. rep. Gardun-Vojnić. praescriptum . . *nius C. f.* [ . . *defunctu*]*s ann(orum)* V *h(ic) s(itus) e(st).* titulum lectu difficillimum incertissimaque esse quae dedit uu. 3, 4 Bulić monet. suppleui quantum potui.

1 in. *iaii* traditur. 4 ex. *miseris* certum esse Bulić adnotat. 6 in. *ii* trad.

### 330

Tu, coniux misera de du[obus . . .
obtulit una dies nob[is . . . .

filia sexs annis curam . . . .
  heu quam crudeli mor[te perempta fuit.
officium inter nos cura[mus . . .
  uiginti annorum c . . . . .
tu dominus coniunx ii . . . .
  felix te uiuo mor[tua . . .
seic obisse iuuat quond[am . . .
  uiximus en uno nunc . . . .
felix nunc igitur uiu . . . .
  nos ut consuesti . . . .

Bull. archéol. du comité 1901 p. CXXXIII descr. Thiers. fragmenta duo lapidis calcarii litteris antiquis rep. Narbone.

331

Sum Titus | hic ecce | Crescens | Vesdrunus | ipse.
  ossa | reliquias | urceo tec|ta meas
  ser|uat turricul|a facta se|pulcri ui|ce.

Bull. archéol. du comité 1903 p. 560 descr. Gauckler. cippus rep. prope Pont du Fahs. sequitur *p*(*ius*) *u*(*ixi*) *a*(*nnos*) *LXXVII. Felix filius fecit.* u. 2 *tecta* ad *ossa*, *meas* ad *reliquias*, quamquam ad ambo pertinent uerba, rettulit scriptor. u. 1 hexametrum uoluisse puto qui composuit. uu. 2, 3 pessimi sunt pentametri.

332

Hic ego] Chia cin[i]s, fatis mea form[a deleta est.
  mors heu, cun]cta aequat, m[ors rapit omne decus.

Bull. Dalm. 1906 p. 288 ed. Bulić. stele litteris primi saeculi rep. Salonis. praescriptum *Selia M. l. Chia.* u. 1 Bulić, 2 ego suppl.
  2 *mors cuncta aequat* Bulić.

333

*A*

. . . aciles m . . . .
. . . . cantus m . . .

. . . m dulci r . .
. . . . ens genit . . .
. . . tus s . . .
. . . . . . .

*B*

. . . . . . . . .
. . . rit et . . . .
. . r ii etur . . . .
. . lumen ida . . . . .
. . des annós póe . . . .
ullus echidnaeós . . . . .
n]amque patris repetet peps . .
indulge miseris te . . . .
sic saltem ut nobis . . . .
conspectú liceat con . . .
et tu náta ueni patrisq[ue. . .
linque domum . . . .
seruátur secrét . . . . .
hic loc . . . . .

Not. d. Sc. 1903 p. 462 ed. Gatti. Romae fragmenta tabulae marmoreae. elogium puellae quia uersus alterni ἐν εἰσθέσει scripti sunt, e distichis carmen esse compositum puto.

334

Condi[dit hic natum genitor miserandus, iniqua
fortúna [ereptum, sed nimis ante diem.
septénós áetás uix [ter compleuerat annos,
q[uom] fáto peri(i)t c[ompositusque iacet.

CIL. VI 30155 descr. Huelsen. AL. Cholodniaki 474. Romae in aedibus Conseruatorum. suppleuit Cholodniak.

335

. . . . . . .
hanc . tacitam . . .

reliquit . . . . .
crudeli . . . . .
ipse pignus si . . . .
dulcior huic . . . .
haucir . . . . .
us quem ante di[em . .
. in proximo . . .
ac sit pari ab . . . .
morte superpo . . .
in]clitam credas . . .
melius pro patre . . .
. corpore . . . .
. . . . . . .

CIL. III 7469 descr. Carolus Škorpil et Jireček. AL. Cholodniaki 334. rep. Prezlav. titulus pessime traditus est. hexametros fuisse apparet.

336

. . . . .
annos octo unus. sex et compleuerat] alter,
ad spem non patria supp]lice uoce iacent.

CIL. VI 36108 descr. Vaglieri et Huelsen. Romae in thermis Diocletianis adseruatur fragmentum tabulae marmoreae litteris elegantibus. subscriptum *Ti. Claudius Aug. l.] Phoebus pater, [Plotia Venust]a mater fecerunt [filis] suis.* eadem parentum nomina exhibentur titulis B. 997, CIL. VI 6188. u. 2 suppleui ex carmine B. 997, u. 1 exempli gratia. de sententia uersus 2 cf. B. 997, Chol. 383.

337

Amissum. m[ate]r. Tro|phimum si[n]e fine do|leto.
fatal[e h]oc uitiu|m est parc[ere] te pue|ro.

Korrespondenzblatt d. Westdeutschen Zeitschrift 1903 p. 166 ed. Körber. rep. Moguntiaci lapis calcarius. praescriptum *Trophimus M. Mari Rustici ser(uus) an. XX h(ic) s(itus) e(st).*

2 *parcere* cum casu accusatiuo iunctum, cf. Verg. Aen. X, 531; Plaut. Curc. III, 10; Diehl de *m* finali epigr. p. 203.

338

. . . marmor . . . . .
. . . te]mpore pone[tur . . .
. . . . Marcio Secund[o . . . .
. . . si]ue priuatorum fiat . . .
. . . inscribi ut mores t[ui sint . .
. . . quoque imitandi . . .

CIL. XI 5193 AL. Cholodniaki 1045 k. fragmentum marmoreum Vettonae rep. suppleuit Cholodniak.
1 *marmoreum post fata sepulcrum* Cholodniak. 2 in. *aeterno* suppl. Chol. 4 *fiat locus* Chol. 5 i. *iussimus inscribi* Chol.

339

. . . . . . . .
. . . . . cra parua notat
. . . . m paritura nepotes
. . . . for]tuna domum.

CIL. XIII 3917 descr. Ebertz. Augustae Treuerorum. infra titulum uas dimidiatum et columbae duae.

340

. . . . . ptin . . . .
. . . . . runt . .
quem cernis, lapis hic] patris complectitu[r ossa
post fata a]eterno reddita co[niugio.

CIL. VI 35516 descr. Vaglieri. AL. Cholodniaki 1357 l. Romae prope S. Pauli rep. fragmenta tria cippi magni marmorei. in fragmentis ceteris legitur. . . . *I*]*uliu*[*s. . . . p*]*atr*[*i* . . . ] *p*[*os.* . ] *C. Iu*[*lius. . . . i . . .* reliquiae sunt distichorum duorum. suppleuit Cholodniak.

## 341

. . .

composu]it manibus tumuli, dulcissim[e nate,
quae pr]etiosa tuos busta tegunt cin[eres.
quo]d si sacratus lacrimis rogus hau[sit et ossa,
nun]quam fama tamen cum titulis mo[ritur.
. . . . . iii . iiam . . moritu . . .

CIL. XIV 2765 descr. Henzen, Mommsen, Dessau. de Rossi Inscr. christ. I p. 484. AL. Cholodniaki 630. rep. Frascati tabula marmorea litteris, ut Henzeno uidebantur, saeculi quarti, ut Rossio, quinti uel sexti. suppleuit de Rossi. 1 ante uersum . . . *pater ipse suis iam* suppleuit de Rossi. iungendum *tumuli busta*.

## 342

. . . os dedita prola . . .
. . . mens tamen a . . .
. . . opera ulitaet . . .
. . . . . i colui . . .

CIL. XIII 1660 contulit Hirschfeld. AL. Cholodniaki 1160 a. Ansae fragmentum marmoreum.
1 *os(sa) dedi t[errae* . . Cholodniak, cf. B. 67,5. CIL. XI 1035. 2 *mens tamen a[eternas tendit adire domos* Cholodniak. 3 *opera(m) [t]ulit aet[ern.* . Hirschfeld proposuit. 4 *fide(m) coluit* Cholodniak.

## 343

. . i]nuidet et te lu . . .
. . es nam qu[i] . . n i. .
. . citu . . blio . .

CIL. III 9633 (=2672) descr. Fuchs. AL. Cholodniaki 1337 a. rep. Salonis in pauimento operis musiui. hexametrorum reliquiae esse uidentur.
explere conatus est Cholodniak *casusque malignus*]| *aetati i*]*nuidet et te lu*[*cis improbus orbat* 3 *exer*]*citu*.

344

Qui leg]es, agnoscas tumuli nomenque decus[q(ue)]
no]strae quod tanti nominis ornat . .
hesperias du]dum solus praefectus in oras
. . es solis p . . aptus
. . . . . cl . . .
. . . i . . .
. . . rofi . . . .
iude]x sic tot[o notus in] orbe . .
. . item dec . . . [floren]te iuu[enta
. . ge]neros qu . . . ulcus
. . . m Priscilla . .
. . K . .

CIL. VI 31942. de Rossi Bull. arch. crist. ser. IV, vol. 6 (1888—89) p. 121. AL. Cholodniaki 1357 a. fragmenta tabulae marmoreae litteris non bonis saeculi quarti uel quinti rep. in coemeterio Priscillae prope cubiculum Aciliorum. suppleuit de Rossi, qui ad Anicium Acilium Glabrionem Faustum, qui anno 438 praefectus per Italiam Illyricum et Africam eodemque tempore consul ordinarius fuit, coniectura rettulit.

1 *decusq*(*ue*) Cholodniak. 7 *profit* Chol. 9 ex. suppleuit Chol.

345

. . . ii . i . i dei . . .
factorumque tui g]loria non mor[itur
. . . . . o coniux que . . .
. . con]iugis iii . . .

CIL. XIII 2437 contulit Hirschfeld. AL. Cholodniaki 289 k. Lugduni in museo tabula marmorea. infra titulum racemus. distichorum reliquiae esse uidentur. suppleuerunt Hirschfeld, Cholodniak.

2 ex. *mor*[*ietur* Leblant suppleuit.

346

. . . . u]eneraris mente trihu . .
. . . . que funde precis.

. . . . . summo dignus hono[re
. . . . . . . .

CIL. XIII 2435 descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 1056 t. Lugduni in crypta S. Irenaei. supra titulum pampinus et columba. distichorum esse reliquias Hirschfeld uidit.
1 ex. »est *trinu.* .» Hirschfeld. an fuit *trihu*[*mph.* . ? 2 i. preces. 3 in. *uir iacet hic saecli qui* Cholodniak suppleuit.

347

Vir bonu[s hoc ia]cet in tumu[lo: cinis ossua] dudum
su[nt, sanctisque animus iam] sociat(us) eri[t.

CIL. XIII 2826 descr. Hirschfeld. Nevers in museo du Croux. suppleui.
2 cf. B. 1445, 8.

348

Clauditur oc gremium | Sperendeus rite sepultus, |
qui studuit uitam semper | abere piam.

CIL. XIII 1315 descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 1056 l. operculum sarcophagi rep. St. Oustrille du Château, nunc extat Bourges in museo municipali. subscriptum *obiit VIIII Id. Iulii.*
1 (*h*)*oc gremium* (scil terrae), nota casuum aeuo inferiore confusio. cf. Diehl de *m* finali epigr. p. 205. cf. etiam Löfstedt Spätlat. Stud. p. 70. nomen ex uocabulis *sperans in deo* formatum esse Hirschfeld putat, sine dubio recte. nomen francogallicum *Espérandieu* Cholodniak confert. 2 habere.

349

V]is iam tricenos uitae |[compleuera]t annos,
felix coniugium |[fecit et aetheriu]m.
da deus omnipotens, |[diuae myste]ria uitae
digna cum | sanctis ut meratur ibi.

Not. d. sc. 1905 p. 396 ed. Orsi. Syracusae. subscriptum *deposita est in pace d*(*o*)*m*(*in*)*i V Nonas Mart*(*ias*) *post conss. nn. Honorio XIII et Theodosio X aagg.* u. 1 Marucchi, 2,3 ego suppl.

1 i. uix. 2 mortua in caelo cum Christo connubio iungitur. *iam fecit illa suum* uel *fecit et illa suum* Marucchi. 3 *caelestis gloria* uel *illae nunc gloria* Marucchi. 4 *digna* ultima producta. archetypus habuit *dignus*.

350

Diui Constanti pign[u]s, de nomine nomen,
. . . d[i]u cond[i]ta progenies
. . . . . . . .
aetatis uictrix dulcis obit nimium.
sede beatorum recipit te lacteus orbis
e gremio matris. hoc tua digna fides.
. . . . . . .

CIL. III 14685 descr. Kubitschek, Bulić, Hirschfeld. AL. Cholodniaki 343 f. fragmenta duo sarcophagi. unum Rupotina alterum Salonis rep.

1 *pignys* lapis. 3 *nec nimis ante* 4 *exiguaeque tamen, uirtutum mu ere largo* suppleuit Cholodniak. uu. 4—6 alio quoque in fragmento extant CIL. III 9631, quod Buecheler (n. 1438) titulo CIL. III 9632 adiunxit uersum praecedentem talem addens *inmatura quidem, tamen annis plena puella.* 5 ex. Cic. Arat. 286 confert Buecheler.

351

Hic, Nonnuse, iaces. c[orpus tellure tenetur,
sanctorumque chor[i iam excipient animam.
pernoctans hymnis ti[bi uita beata manebit,
parua tibi seruan[t carmina facta tua.
sanctorum . . . .
qui . . . . .

CIL. XIII 2420 descr. Hirschfeld. AL. Cholodniaki 1185 i. Lugduni in crypta S. Irenaei. uersus 4, 6 quia scripti sunt ἐν εἰσθέσει totum carmen ex distichis constitisse putans suppleui, quantum potui.

1 ex. cf. B. 1339,3. c[*asu prostrata ruinae* Cholodniak ex carmine B. 1440. 2 cf. B. 1109,34 3 *ti* Boissieu, Leblant, *t* Hirschfeld leg. *tibi* an *tua* fuit? 4 *carmina* cf. B. 1405,1; 1433,2, iunge *parua carmina*.

352

Hoc iacet in tumulo sacrata | Georgia Christi
et diuota | bonis mente, fide, merito. |
ob quam magna patrem | premeret cum turba | procorum
illa deum | legit feliciore toro.

CIL. XIII 1491 ex editis. AL. Cholodniaki 1056 m. cippus arenarius Augustonemeti in ecclesia S. Cassii. uidetur periisse. de *Georgia* cf. Gregor. Turon. lib. in glor. confessorum c. 3 p. 768 ed. Krusch.

1 expectaueris *Christo.* 2 i. deuota. *fide* ultima producta.

353

Hic gemini fratres iunctis dant membra sepulcris;
quos iunxit meritum, conso[c]iauit humus.
germine barbarico nati, sed fonte renati
dant animas coelo, dant sua membra solo.
aduenit fragile patri cum coniuge luctus,
defungi haud dubie qui uoluere prius.
sed dolor est nimius Christo moderante ferendus:
orbati non sunt, dona dedere deo.

CIL. XIII 2402 ex schedis. de Rossi Inscr. christ. II p. 261 n. 3. AL. Riese 661. Cholodniaki 624 c. fuit Lugduni. saeculo V uel VI adtribuit de Rossi.

2 *concotiauit* codd. 3 *fonte* cod. Bruxellensis, *forte* Valentinianus. legendum *fonte* scil. baptismatis. 5 *fragile* cod. Brux., *fagile* siue *sagile* Valent.; legendum *fragili*, quod Hirschfeld proposuit. nomen patris latere putant de Rossi, Leblant. *pari* cod. Brux. 6 *que* cod. Brux. 7 *nimus* cod. Valent. m. 2.

354

Hic Damasi mater posuit Laur[entia membr]a,
quae fuit in terris centum minus . . [an]nos.
sexaginta deo uixit post foe[dera sancta,
progenie quarta uidit quae [regna piorum.

Not. d. sc. 1903 p. 280 ed. Marucchi. fragmentum marmoreum rep. in coemeterio Damasi inter uias Appiam et Ardeatinam. suppleuit Marucchi.

2 *minus undecim annos* uel *octo per annos* Marucchi. 3 *sancta* uel *prima* Marucchi, qui interpretatus est: annis ante mortem sexaginta uotum fecit castitatis, uitam suam deo consecrauit. malim sententiam esse: annos sexaginta post matrimonium factum deo deuota uixit. 4 antequam mortua est Laurentia, liberos iam habuit pronepos eius. ex. uel *fata mariti* uel *laeta nepotes* Marucchi.

## 355

Hic iac]es extinc|[ta patr]i gratissi|[ma] uirgo |
Vrbica. quod | nomen semper | [i]n astra uiget. |
laudes in excelsis! talibus erep|ta tenebris, |
cum tibi perpe|tua redditur | alma dies.

Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1896 p. 164 ed. Gsell. rep. Theuestae in pauimento basilicae. litterae saeculi V. suppleuit Gsell.

1 archetypus habuit *extinctus*, cf. B. 679,1. 3 *laudes in excelsis* cf. *gloria in excelsis*. *talibus tenebris* miseriis huius uitae.

## 356

. . . atus noxa seuerus
. . . . . reddita uita polo.
. . . ui uixit habenas
. . . . . i]am cito raptus abit.
. . . is communis amicis
. . . . s sed mage mente pater
. . . p]rodigus aut male partis
. . . . . u]ixit egens animo.
. . . e cultor semper honesti
. . . . e sedulus esse domus.

Ephem. epigr. IX p. 484 n. 945 descr. Dessau. in pauimento ecclesiae S. Ioannis in Argentella prope Palombaram rep.

episcopi epitaphium putat Dessau ex u. 3, ubi *rexit* coniecit, et u. 6.

## 357

Praeteriens hominum sortem miserare, uiator,
        deque meis, restent quae tibi fata, uide.
en mihi terra domum praebet cinisque sepulcrum,
        uermis et assiduus membra caduca uorat,
conditor omnipotens paradysi quem esse colonum
        iusserat, hanc tribuit culpa nefanda uicem.
nomine Felicem me olim dixere parentes,
        uita dicata mihi hic, ars medicina fuit:
aegros multorum potui releuare dolores,
        morbum non potui uincere ab arte meum.

CIL. XIII 2414 ex schedis. de Rossi Inscr. christ. II p. 261 n. 4. AL. Riese 662. Cholodniaki 1160 d. Lugduni fuisse uidetur. titulum inferioris esse aetatis inter alia testatur *hic* u. 8 femin. gen.

1 *miserere* cod. Valentinianus. *cinerisque* correxit Buecheler. fuit sine dubio in archetypo compendio scriptum *cin'isque*, ut monet Cholodniak. 4 *exiguus* cod. Valent., qui uersum in margine exhibet. 5 *cum* cod. Valent. m. 2. 6 culpa nefanda i. e. defectio Adami homini, cui deus paradisum parauerat, mortem tribuit. *culpa nefanda* nomin.; pro casu ablatiuo habet Cholodniak. 8 *hic* pro *haec*, cf. n. 208. 9 *potuit* cod. Valent. 10 *ab arte* pro solo ablatiuo ut saepius aetate infima.

## 358

Suscipe nunc lacrimas, mater, natique superstis
        quas fundet genitus laudibus ecce tuis.
post mortem patris seruasti casta mariti
        sex triginta annis sic uiduata fidem.
officium nato patris matrisque gerebas:
        in subolis faciem uir tibi uixit Obas.
Turtura nomen abis, set turtur uera fuisti,
        cui coniux moriens non fuit alter amor.
unica materia est, quo sumit femina laudem,
        quod te coniugio exibuisse doces.

Not. d. sc. 1905 p. 104 ed. Marucchi. in catacumbis Commodillae sub pictura saeculi sexti, quae repraesentat defunctam ante uirginem sanctam stantem inter duos sanctos Felicem et Adauctum, quorum nomina adscripta sunt *scs Felis scs Adautus*. subscriptum *hic requiexcit in pace Turtura que bisit p!(us) m(inus) annus LX*.

1 *superstis* pro *superstitis*, cf. B. 1433,5 *superstem*. 2 i. fundit. 6 *in faciem* cf. Diehl de *m* finali epigr. p. 34 sqq. 7 i. *habes*. *Turtura* casus nomin. 8 sententia haec est: coniux non fuit alter, i. e. eum solum amauit uxor neque post mortem eius alterum amauit.

## 359

Qui nescit, cuius hoc sit tam sublime sepulcrum,

. . . . . . . . .

hoc tumulata loco Prisci pia membra recumbunt,
qui ret[i]n[e]t merit[o] sidera ce[l]sa suo.
progenie clarus felix generosus opimus
mentis et arbitrio iusti[t]iaque potens
indul[s]it prudens mixto moderamine causis
[iu]rgi[a] componens more sereniferi
concomis et dignus regisque domesticus et sic
promeruit summo mente placere deo

. . . . . . . . .

[I]dibus ad c[a]elum terris migrauit ab [i]mis
Iunii mensis cultus honore pio.

CIL. XIII 2399. ex actis a. 1308 ed. Guigue Bull. des antiqu. 1876 p. 153 sq. lapis marmoreus fuit Lugduni in ecclesia S. Nicetii. inter annos 586 et 588 Priscum episcopum Lugdunensem, qui Nicetio a. 573 successit (cf. Krusch ad Gregorium p. 695 not. 8), defunctum esse censet Boissieu. epitaphium Nicetii uide B. 1387.

2 legi non potest. 4 *retenit merita cesa* codex, corr. Severt. 5 *opinus* Guigue errore. 6 *insticiaque* codex. 7 *indulxit* codex. 8 *georgio* codex, corr. Leblant. 10 post hunc uersum complures sequuntur, qui legi non poterant. 11 in. *edibus* codex, *aedibus* Severt, corr. Leblant conlatis actis sanctorum. *celum ymis* codex. 12 sic codex, *iunius et mensis* (*mentis* apogr. apud Boissieu) *cultus honoris habet* Severt et apogr. Boissieu.

## 360

Nymfius aeterno deuinctus membra sopore
hic situs est, caelo mens pia perfruitur.
mens uidet astra, quies tumuli complectitur artus,
calcauit tristes sancta fides tenebras.
te tua pro meritis uirtutis ad astra uehebat
intuleratque alto debita fama polo.
immortalis eris nam multa laude uigebit
uiuax uenturos gloria per populos.
te coluit proprium prouincia cuncta parentem,
optabant uitam publica uota tuam.
excepere tuo quondam data munera sumptu
plaudentis populi gaudia per cuneos,
concilium procerum per te patria alma uocauit,
seque tuo duxit sanctius ore loqui.
publicus orbatas modo luctus conficit urbes
confusique sedent, anxia turba, patres.
ut capite erepto torpentia membra rigescunt,
ut grex amisso principe maeret iners.
parua tibi coniunx magni solacia luctus
hunc tumuli titulum maesta Serena dicat.
haec indiuidui semper comes addita fulcri
unanimam tibi se lustra per octo dedit.
dulcis uita fuit tecum, comes anxia lucem
aeternam sperans hanc cupit esse breuem.

CIL. XIII 128 contulit Hirschfeld. AL. Riese 722. Cholodniaki 289 a. tabula marmorea litteris bonis saeculi fere quinti fuit Valentinae muro ecclesiae inmissa, nunc extat in museo Tolosano. uu. 1—12 in latere sinistro, 12—24 in dextro scripti sunt, in medio crux.

1 Lucret IV, 453 *cum suaui deuinxit membra sopore* confert Cholodniak. 9 *prouincia* i. e. Aquitania.

## 361

Orbis celsa graui uexantur culmina lapsu
urbis cacumina et fulmina clara ruunt

atque omnium damna pastorum morte patescunt,
cum sibi sublata mystica dicta ferunt.
et geminae genuina plebis lamenta resultant,
cum soliti pastus dogmata sancta docent,
quo probat amissum populorum pectore planctu(m)
heu decus heu nimium, Aureliane, tuum
pontifici claro fulsisse dogmate cultu,
cum quo Arelas digno munere laeta fuit.
sed animas sancta eripiunt consortia coeli,
quas hinc corporibus laxat abire deus.
ergo omnes recte capiunt solamina dempti
quem norunt meritis astra subisse poli.
non retinet mundus artantis iure sepulcri,
quem recipit summi dextera ampla dei.
nec quoque uenturis morietur nomine seclis,
uiuere quem semper inclita dogma docent.
praecipit heu cursum numerans quinquennia quinque
et tribus adiectis metas uoluentibus annis,
deseruit fragilem terreni corporis usum,
hic senibus linquens primaeuo tempore formam,
illic suscipiens aeterno iudice uitam,
pollicita amplectens reddentis praemia Christi.
quisquis sollicitus lustras monumenta dolorum,
hic parilem sortem ingemis ipse tuam.
. . . . . . .

CIL. XIII 2397. ex actis a. 1308 ed. Guigue Bull. des ant. de Fr. 1876 p. 151 sq., e Chiffleti schedis Leblant I p. 53 n. 23. fuit Lugduni in ecclesia S. Nicetii, infra u. 26 plures uersus desunt. in margine *obiit XVI Kal. Iulias undecies post C. Iustini indic. XIIII.* elogium Aureliani episcopi Arelatensis mortui a. 551. uersus inpuri.

2 *cacumina et* conieci, *cumina est flumina* acta, *cacumina fulmina* Chiffl. 3 *ouium* trad. *dampna positarum* acta. 4 *mestica* *tenunt* acta. 5 lectionem Chiffleti recepi dubitans, quamquam interpolationem redolet. *iemma et iam* acta. 6 *consoliti* acta. *sacra darent* Chiffl. 7 *planctu(m)* casus nominat. pro forma uulgari q. e. *planctus.* 8 *numen* Chiffl. 9 *fulcisci* acta. 10 *cumque* acta. 11 *anima erectum consorcia celi* acta. *consorcio* Chiffl.

13 *solatia* Chiffl. 14 *mor.* . acta. 15 *retimet mondus arctantis* Chiffl. *iura* inepte coniecit Hirschfeld. 17 *quoque* acta; *sua* Chiffl., interpolatum. *morientur nomina* Chiffl., quod interpolatum puto. intellege: corpore mortuus est Aurelianus, nomine numquam morietur. 19 *precipit eu* acta. *rursum* Chiffl. *numerum quinquennio* acta. 20 *abiectis* acta. 21 *fragilis terrestrem* Chiffl., interpolatum. 22 *primeuo* acta. 23 *eterno* acta. *tempore* Chiffl., interpolatum. 24 *pollicitam amplectens* coniecit, *pollicitam plectens* acta, *pollicita plectens* Chiffl. *reddentis* ego, *reddendis* acta, *redemptis* Chiffl. *premia* acta. 25 *luxtras* acta.

## 362

Bert . . . . hoc hordine res . . . .
cum petere optassem sancta sepulcra prior.
felix] o nimium, tanti si munere uoti
liq]uissem natos incolumemque uirum.
sic quia pro genitis superest e quattuor unus,
de]precor hic sa[l]tim uiuat, ut hossa colat.

CIL. XIII 5657. AL. Plessis 52. tabula marmorea Poithières in basilica. periisse uidetur. subscriptum *inlustris femina hic ena . . . . to Xo Kal. Maias Seuerino u. c. c. l. s. annos quinquinta et duos.* i. e. 461 aut 482.
1 *s]er[ius hic n]o[str]o[s c]inere[s natura recepit* proposuit Plessis. 5 *progenitis* Plessis. 6 *saitim* trad.

## 363

Ingenie uirtute cluins et nuuelis ortum
occort hoc | tumulo Chr(ist)i no(mine) Felix,
pr(es)b(yte)r uir magnus, cleminx ac mente | benegnus,
abstutus, argus, dulcissimus, aptus;
ordene que rictu, uita | cometante beata,
gesisti sacrum pr(es)b(yte)r officio.
laudaelis et sapi|ensie legis,
consile magnas dum feneraris opes,
omnium potius, | passiins compascere litis
et ueruis anemis pacefekare ferus. |

non et nuueliur criscit ex mure parentum
 sperne dispectus suble|cetauet onor.
hinc egetur longa meruit sene crimine uita
 et tum | propia sepe leuauit opem.
uixit in pace an. LV. obiit XV Kl. Septebris | ind(ictione) III.
hoc ergo Amatus studuit conscribere karmin c. antes|tetis est. Veseroncia. tuos.

CIL. XIII 2477 ex schedis. Briord in castro. periit.
 1—14 hexametri pessimi inmixtis pentametris (uu. 6, 8, 10, 12, 14). »uidetur Amatus hoc carmen confecisse a. 630/631, qui tertiae indictioni conuenit« Hirschfeld.
 1 i. ingenii. nobilis ortu. 2 in. *occupat* corr. Leblant. intellege: hunc tumulum in Christi nomine. 3 i. clemens. 4 i. astutus. *largus* corr. Leblant, sed forsitan intellegendum *argutus*. 5 i. qui recto. 6 i. officium, cf. *hoc tumulo* u. 2. 7 i. laudabilis sapientiae. *legis* = legibus? 8 i. consilii. 9 i. potens patiens compescere. 10 i. uerbis. *anemis* trad. pro *animos*. feros. 11 i. nobilior more. 12 *spernere* corr. Leblant. i. sollicitauit. 13 i. longam — uitam. 14 in. *egentum* corr. Leblant. i. propria ope. 16 *c* = *qui*? Leblant. *Vesroncia* hodie Vézeronce appellatur.

## 364

Hic tua, uenerabilis Amate, requicunt membra | sepulcro.
qui fuit insignis meritis, Veseroncia, prior. |
pr(es)b(yte)r officio altarebus praelictus adesit.
uer mag|nus ac mente benignus, abstutus, passiins, dulcissimus, aptus, |
non te nouilior criscit ex mure parentum.
 consili mag|nas dum feneraris opis.
rapuit inueda mors de corpo|re uita.
hoc ergo frater plenus amure cum nimio tu|mulauit dulure;
cui sistint lacreme et cesint su|spiria| | f(l)etus.
uixit in pace an. XXXVIII, obiit XV K[al. .] | ano V e rigno Dagoberti re(gis) d(ie) VII.

CIL. XIII 2478 ex schedis. Briorati in castro. periit praeter partem exiguam, quam apud incolam uici Briord uidit Leblant. elogium Amati, qui titulum praecedentem composuit. hexametri pessimi pentametro uno (u. 6) inmixto. est a. 632/633. suppleuit Leblant.

1 i. Amati. i. requiescunt. 2 *prior* i. e. olim dum uixit. 3 i. praelectus adhaesit. 4 i. uir astutus patiens. 5 cf. u. 11 carminis praecedentis. 6 cf. u. 8 tituli praecedentis. 7 i. uitam. 9 i. sistant cessent.

## 365

Coniux, q(uae) placidam capis quietem,
mundi tristitias exhorruisti,
dum claras properas adire sedes,
digno quas recipis electa fructu
in nosmet grauiter seiunctas aeuis,
nati quam ne[q]aeunt uidere nostri.
caeleste potius amplexa munus
nostrum lenias, qua[esu]mus, dolorem,
Christo si quotiens orationes
sanctis saepe locis adsumta defers.

Bull. archéol. du comité 1905 p. XLI descr. Martin. rep. Lugduni. suppl. Martin.

4 *digno fructu* i. e. praemium dignum accipiens. 5 sententiam hanc esse puto: recipis sedes beatas a nobis aeternitate seiunctas. quamquam durum est *in nosmet* pro *a nobis* scriptum statuere. 6 *neoaeunt* lapis, i. nequeunt. 7 *caeleste* ultima producta. 8 metrum corrigas *nostrum, quaesumus, lenias* littera *s* finali uocabuli q. e. *quaesumus* elisa.

## 366

Serum post patruos patremque carmen
haud indignus auo nepos dicaui,
ne fors tempore postumo uiator
ignorans reuerentiam sepulti
tellurem tereres inaggeratam.

praefectus iacet hic Apollinaris.
post praetoria recta Galliarum
maerentis patriae sinu receptus.
consultissimus utilissimusque,
ruris militiae forique cultor,
exemploque aliis periculoso
liber sub dominantibus tyrannis.
haec sed maxima dignitas probatur.
quod frontem cruce, membra fonte purgans
primus de numero patrum suorum
sacris sacrilegis renuntiauit.
hoc primum est decus, haec superba uirtus
spe praecedere, quos honore iungas.
quique hic sunt titulis pares parentes,
hos illic meritis superuenire.

CIL. XIII 2352 ex Sidonii Apollin. epp. lib. III, 12 § 5. Lugduni uidetur fuisse in coemeterio ad uiam qua ad Auernos itur, cf. Sidonius l. c. § 2. elogium Apollinaris, qui annis c. 407—413 praefectus praetorio Galliarum fuit.

1,2 carmen in auum Apollinarem conscripsit Sidonius, cf. l. c. § 4 *posco ut actutum me quoque absente tua cura sed meo sumptu resurgat in molem sparsa congeries, quam leuigata pagina teget.* 20 *superuenire* antecellere.

## 367

Generosa in pace puella.

Bull. de la soc. des antiqu. de France 1907 p. 185 descr. Héron de Villefosse. rep. Meidfa. in latere sinistro ascia, in dextro columba.

## 368

Hic pax eterna moretur.

CIL. VIII 21498 (= 10947) descr. Schmidt. prope Tigauam rep. inter uerba *pax* et *eterna* monogramma christianum extat. propter formam monogrammatis saeculo quarto

adtribuit Monceaux Revue archéol. 1906 t. 8 p. 310. notum metrum anapaesticum hymn. christ. hexametrum uoluisse qui composuit putat Monceaux, qui legit *hic pax* (*Christi*) *eterna moretur.*

---

369

Omnisata omnigena e terra . . .
quaeque effeta tulit tellus cata sol . . .
cuncta iubant animant uiridant nem[us .
sollicitate de flore nouo de uere marit .
quare cette deo patrium deda[mus honorem.
Siluano de fonte bouant cui frond[ea . .
gignitur e saxo lucus inque arb . . .
hunc tibi de more damus difficil[em . .
hunc tibi de uoce patris falciten[entis . .
haec tibi de more tuo pini ferae s . . .
sic mihi senior memorat sa[cerdos.
ludite Fauni Dryades puell[ae
ludite canite iam meo sacel[lo
Naides e nemore meo colon[ae .
cantet adsueta de fistul[a . .
adsit et ludo de more pa . .
cantet et rosea de tibia . .
. . premat biiuges deus a . .
. .iat bello deus ho . . .
. . uenias pater . . .
. . . ulo tu . . . .

Comptes rendus de l'acad. des inscriptions 1909 p. 177 descr. Héron de Villefosse, cui communicauit Bonnel. rep. inter Kef et Maktar. litterae saeculi tertii. uersus 1—7 hexametri dactylici, qui distinguuntur a uersibus sequentibus signo ∼ supra uocem q. e. *more* u. 8 adscripta, 8—10 choriambi, 11—14 trimetri trochaici brachycatal., 15 sqq. uide infra. supplere conati sunt Héron de Villefosse et Chatelain, qui tractauit Méanges d'hist. et d'arch. de l'école franc. de Rome 1910 p. 81 sqq.
uerba uetera et obsoleta amat poeta, cf. *cata* u. 2, *cette* u. 5, *bouant* u. 6.

1 *expectata resurgunt* Héron de Villefosse, *nunc gramina surgunt* Chatelain suppl. *omnisata* uerbum nouum. 2 *soluit in aruis* Hér. d. Villef., *sole uigescunt* Chat. 3 i. iuuant. *nemus undique et imbres* Hér. d. Villef., *nemus undique frondes* Chat. 4 *maritant* Hér. d. Villef., *marito* = *qui fecundat* Chat. conferens Baehr. poet. lat. min. IV, 307, 4; 61; Avien. orbis terrae, ed. Holder 1887, u. 339 sqq. 5 *cette* age. 6 *bouant* = boant cf. Enn. Annal. (ed.L. Müller 1885) u. 585. *frondea tecta* Hér. d. Villef., *frondea claustra* Chaat., qui templum hoc loco non fuisse putat. 7 *arbusta susurrant* Hér. d. Villef., *arbore rami* Chat. 8 *haedum* Hér. d. Villef., *molossum* Chat. cane comitante maxime delectari Siluanum monens. 9 *falcitenentis* Hér. d. Vill., *falcitenentis haedum* Chat. *falcitenentis* uerbum nouum fictum uelut *arquitenens* Verg. Aen. III, 75, *signitenens* Varro l. l. V, 19 sim. 11 *sunt* Hér. d. Villef., *pinifera est corona* Chat. 16 *patrio* Hér. d. Villef.; uestigium litterae *r* magis quam *t* esse monens Chatelain proposuit *parnassio*. uersus 15 sqq. tetrametros creticos putat supplens u. 15 *fistula cornipes*. cornipes Faunus nominatur Ovid. Fast. II, 361. si legendum *pat*, tetrametros creticos teliambicos fuisse credit supplens u. 15 *fistula chorus*, 16 *patrio*, 17 *dea*. 17 *Bassaris* Chat. 18 in. *et*, ex. *Apollo suos* Chat. 19 in. *fulminat*, ex. *hostium; tu tamen* Chat. 20 in. *praesto*, ex. *pacis amantissime* Chat. 21 *et, discipulo tuo commodus consule* Chat.

## 370

### *A*

D]ardan|ia genitus istic, mi|hi care Timaui,
post | uarios cassus post | tot discrimina re|rum
deseris heu pul|chram primaeuo | flore iuuentam.|

### *B*

Tu, Timau|i, d]ulcem no|men, du[lcib]us uotis ad|es
spiritum, [que]m tu ferebas, | corpore elabi sacrum,
co|rpus ut terram mane|re, spiritum celum sequi,|
spiritum mouere cunc|ta, spiritum esse quod deu|m,
cum mihi extremis ca|nebas uocibus solamina |
floris abscidens iuben|t(a)e| gratias tristi dia[e.

CIL. XIII 8371 descr. Zangemeister tabula lapidea rubra rep. Coloniae in S. Vrsulae. A praescriptum habet *d. M. Aurelio Timauio alumno dulcissimo et san[ctissi]mo, qui uix[it annis] XVII Aurel[ius Maxi]mus patron[us]*, B *d. M. Aurelio Timauio liberto alumno Aureli Maximi.* restituit Zangemeister. A hexametri, B septenarii trochaici.

A 1 »Timaui nomen puer Dardanus traxit a finitimae regionis fluuio Timauo« Buecheler Rhein. Mus. 1897 p. 302 sq. 2 Verg. Aen. 1,204. *cassus* cf. CIL. XII 866 *possuit*, 1323 *uissu*, 1357 *ussuris*, 2926 *ussus*. 3 *primaeuo flore iuuentam* cf. Verg. Aen. VII, 162.

B 1 *dulcem nomen* cf. Diehl de *m* finali epigr. p. 194 sq. 2 *spiritu[s na]m* Buecheler, *spiritu(m) [na]m* Klinkenberg. 6 i. iuuentae. die, cf. B. 1319, 3 *tale(m) diae(m)*, CIL. VI 7652 *ad diae mortis meae*, XI 295 *usque diae*.

## 371

Quam dulcis fuerat primus natalis meis,
sed iniquo fat(o) | raptus non egi alterum. |
annuclus mensum septem | carui spiritum.
ereptus illis | ad leues umbras uagor. |
quid, mater, uentrem laceras, | quid pectora plangis?
cauere | fatum ne(mo) mortalis potes(t).

CIL. VI 35126 descr. Borsari. AL. Cholodniaki 1133 g stele marmorea rep. extra Romam pone basilicam S. Pauli. praescriptum *dis Man. Cn. Domitio Proculo*, subscriptum *Cn. Domitius Verecundus*. uu. 1—4, 6 senarii, 5 hexameter.

2 *sed* uersui praecedenti adiunxit Zottoli Atti della reale accad. di archeol. di Napoli 1910 p. 36, qui u. 1 pro hexametro habet, non recte. 3 *annuclus* cf. CIL. II 5535, III 2457, 2602, 2162. *carui* transitiue, cf. Thes l. l. p. 454; Diehl de m. finali epigr. p. 201. uixit annum unum menses septem. 4 *illis* parentibus an superis? 6 *nemortalis* lapis.

## 372

Externis natus ter|ris monumenta loca|ui
é paruo, nobis| quod labor arte dedit.
patrono | et una coniugi feci | meae.

Not. d. sc. 1898 p. 477 ed. Brizio cippus rep. in alueo Reni prope Bononiam. infra titulum effigies modii frumentarii. quare negotiatorem frumentarium fuisse, qui monumentum posuit, Brizio putat. malim eum modios fabricauisse propter uocabulum illud q. e. *arte* u. 2. e disticho et senario iambico conflatus est carmen.

373

Sit grata | requies, quem pia | qura tegit.
ospes, | qui casus legisti | nostros,
et precor, | ut dicas: sit tibi, | Rcodine, tera | leuis.

Korrespondenzblatt d. Westd. Zeitschr. 1903 p. 168 ed. Körber. rep. Moguntiaci, ubi extat in museo. praescriptum *Rodine Polentina ano(rum) XX qum natis II h(ic) s(ita) e(st) C. Rulius C. (f.) Poli(a tribu) Polentia Rodine ancilae suae et natis II pos(uit)*. supra titulum rosa insculpta est. ex eo, quod deest C. Rulio cognomen, ante Claudium scriptum esse titulum Körber censet. nota consonantes nullo in uerbo geminatas esse scriptas.

1 *requies* scil. eius. *quem* pro *quam*, cf. n. 208. archetypus fuisse uidetur pentameter *sit tibi grata quies, quem pia cura tegit.* cf. etiam B. 1192, 4 *o requiem gratam quam pia cura dicat.* 2 uersus iambicus sine dubio compositus ad exempla senariorum talia quale B. 54 *hospes resiste et pariter scriptum perlige* sim. 3 numeros pentametri nomen excedit. *et*, corrigendum *te* Körber putat. sed sumpsit is, qui titulum composuit, hunc pentametrum e carmine quodam, ubi cum hexametro praecedente uocabulo *et* coniunctus erat. i. Rhodine.

374

Mercurius hic lucrum | promittit, Apollo salutem, |
Septumanus hospitium | cum prandio.
qui uenerit, | melius utetur post.
hospes, ubi maneas, prospice.

CIL. XIII 2031 ex editis. fuit Lugduni. apparet titulum collocatum fuisse supra portam cauponae Septumani cuiusdam, quam *ad Mercurium et Apollinem* appellatam esse putat Marquardt Privatleben² p. 473 sq.

*lucrum hic* si scribas, hexameter. 3 *utetur* scil. *te*, cf. Plaut. Capt. IV, 4,13. an hoc loco transitiue et passiue usurpatum? 4 exordium hexametri.

375

Do(num) m(erenti); s(it) t(ibi) t(erra) l(euis).

Der römische Limes in Oesterreich I, 1900, p. 140 ed. Bormann. Carnunti. praescriptum *L. Antonius L. f. Lem(onia tribu) Magnus Bon(onia) m(iles) l(egionis) X G(eminae) (centuria) Cottae an. LV ae(rum) XXXVI h(ic) s(itus) e(st). Octauia Da[t]a coni(ugi) de suo p(osuit).*
exordium iambicum.

376

Quod debuit filius | patri pon[ere]. | filio posuit pat[er.

CIL. V 7660 ex schedis. AL. Chołodniaki 370a. rep. Cissone, praescriptum *Q. Vir(ius) Valens Q. Virio [Q]uieto filio pientissimo et sibi et Didia[e] ico . . . uxs benemerenti.*
locutiones notissimae e senariis receptae. cf. B. 164 sqq.

377

Quod fili facere debuerunt. pater fecit filis.

CIL. IX 994 ex editis. AL. Cholodniaki 529. prope Leoni rep. praescriptum . . *Restitutus sibi et uxori uiuunt. . VI . . uae et fil . . . suis* titulum male traditum restituit Mommsen. locutiones e senariis notissimis receptae.
septenarius trochaicus fit *filii quod debuerunt, filiis fecit pater*, sed archetypos fuisse senarios notos (cf. B. 164 sqq.) ueri similius est.

378

Quod | debuerat uirginius uirgina[e] | suae feciss[e].
modo uirginia fecit

CIL. V 1880. AL. Cholodniaki 41a. fuit Concordiae. praescriptum *Fl. Victori ducenario princeps stabuli Dominici,*

*qui uixit an. LXII et mil[i]tauit sub Augusto annis XIII, Aur. Maura uxor coniugi cariss.*, subscriptum *cum quo uixit bene an. XXXV fecit et sibi. si quis uoluerit post obitum nostrum in eo loco poni, dabit in re publica denariorum folex sexcentos.* locutiones ex archetypis iambicis notis receptae.

379

Bonus ui(ator), o(pto), t(u) uali(a)s.|
C. Iulius C. f. Q(uir). Pon|ticus
pere|gri poteus quam | domus suae
pro[r]|sus, sicut meruit | apud lare(s) suo(s).|
uita priuatus est. |
u(ixit) a. LXII o(ssa) e(ius) b(ene) q(uiescant). |
Iulia C. fil. Optata | u(ixit) a. XIII h. s. e. o. t. b. q.

CIL. VIII 5784. AL. Cholodniaki 996. rep. Sigus. locutiones e senariis iambicis receptae, u. 4 senarius.
1 *uiotualis* trad.; quae supra dedi, proposuit Wilmanns. senarium Cholodniak expleuit addens in fine *bene*. 3 i. peregre potius domi. numeros compleri, si in fine addas *miser* sim., Cholodniak monet. 4 *proesus* trad.

380

Multis| annis na|uigando | [e]t peregrinan|do hanc sede(m) peti. |
hanc quoque | [d]omum aeterna(m) mihi ui(u)us posi(i) et | coniugi.
et hoc es|t, quod uidetis, a|mici, ualete.

CIL. VIII 19146 (=5749) descr. Schmidt. AL. Cholodniaki 890. rep. Sigus. praescriptum *d. M. s. memorie Clodi Processi*, subscriptum *u. a. LXXXV o. t. b. q.* u. 1 trochaei, u. 2, 3 in. iambi.
2 senarius fit, si tollas *aeternam*. 3 ad senarium redigi potest *et hoc est, quod uides, amice; iam uale.*

381

C. Romilius C. l. Antiochus | C. C. f. Iuncus a. XIII |
hic situst, quom maxu|me florebat,

reliquit | parentibus luctum.
Romilia C. l. mater C. C. l. Phileros.

